


68 301 ✓ 29 245

F. THOMÆ CAMPANELLÆ ORD.
PRÆD. PRO EMINENTISSIMÆ
DNICANE, RELIGⁿⁱ EIVSQ;
DOCTORIS ANGE LICI
GLORIA APOLOGE^{ticus}
IN CONTROVERSA DE CONCEPTIONE
B. VIRGINIS.

Aduersus insanos vulgi Rumores

AD ILL^l REV^m D. GAB. CARD. DETREJO



BIBLIOTECA
UNIVERSITARIA
DE
GRANADA

E THOME CAMPANELLA ORD.

PRÆD. PRO EMINENTISSIMÆ

DNICANÆ RECTORIS DIVISIO

DOCTORIS ANGELICI

GLORIA APOLOGE

IN CONTROVERSA DE CONCEPTIONE

B. VIRGINIS.

A. d. m. d. c. lxxviii. die 14. Julij. R. n. d. c.

AD ILL. REV. D. CAB. CARD. DETREJO



ILL.^{mo.} ac REV.^{mo.} D. GAB. S. RE CARD. DE TREJO PATRONO COLEND. S. P.

QVOD multopere cupit Catholicorum Regum pietas, tuq; in sapientia, ac virtutibus Hispania Iubar Amphiss. Card. de Trejo, ut Thomistarum Schola, precipua pars Catholica Sapientia, et Ill.^a S. Dominici familia, qui est Lux, et flos Mundi, in Hispania natus, auctusq; unde per vniuersum radios et odores mirificentissimos emittit in Deiparae Dnae nostrae incontaminata Conceptione post tot tantozq; rumores consentiat commun. Ecclesiarum desiderio, populorumq; Christianorum gustui; equidem tui percitus amore Mendocij meis vrgentibus ipse ego confeci. Sciebam enim dum hoc controuertitur Parthenopen vbi ego tui cupidissimus impediatur te videre non posse. Nunc autem puto non inuito; condescensuros votis tuis, cum agnouerint et Thomam Carietanus doctissimum et Ioan. Surrectematensem solertissimum aliosq; ipsorum Proceres, ipsunq; D. Thomam primitus consentire, omniaq; argumenta contraria non solum ab Ecclesia Catholica sed etiam ex Secretis Thomistarum, sed insuper ab ipsa B. Virgine soluta iam esse, ex hoc meo scripto animaduertent. Decebat quidem hoc ad Catholicum transmitti Regem de cuius Monarchia essentia augmentis et curis pro communi scripseram salute (debet enim quicumque ingenio, manuq; potentes ei qui nostrum curam gerit instrumenta commoda sese adaptare) At quoniam nemo te Doctor, nemo scientior, nemo Catholica Maiestati addictior in Ecclesia viuit, vtrumq; arbitror me consequutur cum te adsequuturus fuero. Hoc initium sit operum tibi dicendorum, quorum Indicem olim ad te miseram cum fructu huius orbi Christiano desideratissimus. Tu Princeps dignus qui preclarissima perficias, promulgaueris. Vale Catholica Ecclesia Decus: Musarumq; presidium Christianoru ad te vndiq; confluentium. VALE.

Frater Thomas Campanella ordinis Predicatorum Seruus Sumillimus.



III. REV. D. GAB. SRE CARD DE

TRIO PATRONO COLEND SP.

[The text in this section is written upside down and is mostly illegible due to fading and bleed-through.]

[Faint handwritten signature or text, possibly "Johannes..."]



INDEX CAPITVLORVM.

PROEMIVM.



- Cap. 1. Religiosam Republicam Dominicanorum optimam esse portionem totius generis humani.
- Cap. 2. Regulares Recentiores Clericos omnes nedum ad gradum eminentiam in litteris et Sanctitate accessisse.
- Cap. 3. Supra omnes Religiosorum Fratrum ordines supereminere Franciscanum et Dominicanum.
- Cap. 4. Dominicanos Franciscanis, et Thomistas Scotistis perpetua serie prestitisse.
- Cap. 5. Honoribus B. Virginis Dominicanos precatervis fauere, nullamq; Religionem esse magis sub Dei parte tutela, quam Dominicana.
- Cap. 6. Duplex accusatio vulgi aduersus Thomistas Dominicanos.
- Cap. 7. Ridiculos esse accusatores Thomistarum, ponentium Conceptionem Virginis cum peccato originali quasi a D. Thoma istam sententiam non acceperint, nec a Sanctis Doctoribus.
- Cap. 8. Doctrinam de Concep. B. Virginis absque peccato originali, non ex Franciscanis melioribus ortam esse, sed a Dnicanis licet paulo ante ab Episcopo Anglicano.
- Cap. 9. D. Thomam etsi munditiam Concep. B. Virginis crediderit tamen cum maculat asserit patrum assertionibus conformibus fuisse inductionem nec suo tempore tutius loqui potuisse, vel minoritarum testimonio.
- Cap. 10. Imperitos irritosq; esse eos qui D. Thomam et Dominicanos Scoto, et Franciscanis Jesuitisq; inferiores propterea faciunt, quod in controuersia de Conceptione subcumbunt nec in hac vere subcumbere, et in alijs semper Victores extitisse et in hac longe magis.
- Cap. 11. Non omnes Dnicanos, sed quosdam maculam Conceptionis asserere atq; istorum a Pontificibus obstrui os apud Vulgares. At vero et qui maculam, et qui munditiam Conceptionis affirmant etiam ex S. Thomae decreto esse Thomistas D. Thomam pugnantiā scribentem; magis tamen illos. Neque tamen voluisse D. Thomam in hoc cunctos habere sequaces, neque hoc tempore sequendum esse iuxta illorum, sed iuxta istorum sensum, ab Ecclesia iam commendatum magis.

- Cap. 12. Opinionem S. Thomae pro munda Conceptione positam in p.^o sent. esse potius sequendam a Thomistis, quam sua opposita in G. p. Summa Scriptam quinque de causis.
- Cap. 13. Quod D. Thomas pro Conceptionis munditia loquitur ex propriis; contra munditiam ex alienis.
- Cap. 14. Scripta S. Thomae in sententiarum libros maioris esse auctoritatis, quam Summa Theologia, illorumq. doctrinam istius doctrina praesertim de B. Virginis Conceptione esse preferendam.
- Cap. 15. Argumenta D. Thomae pro Conceptionis Deipara munditia, esse omnino insolubilia etiam ab ipso S. Thoma.
- Cap. 16. Argumenta D. Thomae contra Conceptionem ex Bernardo et Augustino, alijsq. de facile solui posse, et soluta iam esse ab eo, a suis, et ab Ecclesia.
- Cap. 17. Eadem D. Thomae rationes, et Bernardi contra Conceptionis munditiam esse ab Ecclesia solutos, nedum infirmatos: similiter aliorum.
- Cap. 18. Primam opinionem D. Thomae pro Sanctitate Conceptionis esse miraculis et uelationibus veris comprobata. Secundam vero contra Conceptionis Sanctitatem esse exclusam per ipsam B. Virginem dignatam respondere argumentis D. Thomae sibi Charissimi.
- Cap. 19. Ad R. Magistrum Generalem, omnesq. Theologos, Patres, et Fratres Dominici Thomistas Peroratio.

rusticū. portante. lepore. equitans quasi empturq. rogavit, et
 cōcitato equo rapiens fugit. vociferans rusticq. dicebat.
 gratāter dono, gratāter dono.



PROEMIVM

Quoniam hac tempestate inualuit sciolorum rumor contra *Ill^{ma}* Dominicanum Religionem quasi sint ades Audiendi indocti, et quam profitentur maximè pietatem non intelligant, imo e contra impij esse obstinate velint, praesertim contra B. Virginem Matrem Dei in cuius tutela se esse profitentur. Visum est nobis insanos vulgi rumores retundere, ostendere non Dominicanos, nec D. Thomam doctorem eorum aliquos tenere opinionem, qua quippiam Beata Virginis deroget honoribus; sed potius econtra quicquid pro B. Virgine dici potest, et vulgus intuitu pietatis affirmat à Dominicanis, et Divo Thoma etiam et prius assertum esse. At à Franciscanis melioribus, a quibus isti hanc doctrinam iactant se hausisse de immaculata Conceptione reuera negatum. Nec decreta Pontificum quidquam doctrinae Divi Thoma detrudere siue pro, siue contra gerantur. D. autem Thoma doctrinam super cunctos scholasticos eminere, sicuti Dominicanus ordo super cunctos ordines, et in doctrina theologica, et praesertim de Beata Virgine semper primatum et victoriam obtinuisse, et nunc etiam in presenti controuersia de Conceptione immaculata pariter obtinere ordinemq; militarem nouiter sub Urbano Viii. institutum de B. Conceptione immaculata pro Dominicanis et non contra Dominicanos militare; oportere enim in tempore hoc magnificentissimae redemptionis modum in Christi Matre à cunctis Religiosorum ordinibus, imo et hominum Nationibus agnoscere et cantari quod ipsa propheticè cecinit. Ecce enim ex hoc. Beatam me dicent omnes generationes.

Religiosam Republicam Dominicanorum optimam esse portionem totius generis humani.

Cap. I.

Commentario attitulato quod reminiscuntur et conuertentes ad Dnum vniuersi fines terre ostendunt totius generis humani portionem optimam ac Sapientissimam esse Sancti Patriarchae Dominici Religionem quoniam inter quatuor magnas Mundi nationes videlicet Gentilem, Judaicam, Mahometanam, et Christianam ipsa Christiana procul dubio supereminet positia, rationalitate, doctrina, moribus, imperio, per totum terra ambitum sparso, et Religione, qua homines in hoc mundo efficit doctos bonosq; et in vita futura diuinos beatos Christianorum autem alij Clerici, alij Laici; illi quidem Sapientiores et meliores inter Clericos, alij sunt claustrales, alij saeculares; procul dubio autem claustrales sunt Sanctiores et Sapientiores; quippe qui sequestri sunt ad inuestigandas, excolendasq; sententias et sanctitatem augendam, multiplicandamq; in Dei gloriam et proximorum utilitates, id quod Clerici omnes profitentur praecipue tamen qui ad hoc munus sequestrantur a cetero hominum, ut absque impedimento Domino Deo sedulam impendant operam. Inter claustrales vero Sapientiores sunt fratres, quam monachi, isti enim contemplationi, et cultui vocali diuinorum dant operam; illi insuper doctrinis et disputationibus de omni scribili praesertim theologico. Inter fratres autem optimi sunt Dominicani. Unde concluditur quod sint optima pars totius hominum generis.

Regulares Recentiores Clericos omnes nondum Fratrum Eminentiam in litteris et Sanctitate accessisse.

Cap. 2.

Surrexerunt quidem nostro tempore Clerici saeculares ut boni amulatores, factiq; denuo claustrales scientiam et virtutum cultum cum Sanctitate capessunt, at usque ad fratrum eminentiam nondum peruenere. Etenim paulini, Jesuita, Bernabita, Summaschi, et minores Regulares, et Crucillarij, alij huiusmodi ordines Religiosorum qui quotidie multiplicantur nondum ad gloriam emergere Dominicanorum, Franciscanorum

15
Carmelitanorum, et Augustinianorum, a quibus doctrinas mutuuntur haudentur tanquam à Magistris, etsi quid
etiam ab illis subripere deprehenduntur. Qui legit Scholasticos veteres hoc agnoscit. Quoniam Jesuita qui con-
videri optant, pro magna gloria habent esse discipuli Sancti Thomae Aquinatis Dominicanorum Scholasticorum
Magistri supremi. fiunt passim commendatores S. Thomae, nec tamen ad Thomam Caietani apicem ele-
nec dum habent suos Scotos, Durandos, Bonaventuras, Alexandros, Albertos, Bachones, aliosque primae Cla-
Scholasticos, nec dogmaticos viros; sed scriptores, et Expositores et discipuli esse cuncti recentiores probantur.
cultu diuino in quo initiatiue Religiosi fruuntur Deo, curam non habent, uti Dnicani, ceterique
fratrum. Nec enim missam vna concinunt, neque surgunt media nocte ad confitendum Dño neque horas
cas in Ecclesia simul recitant, uti fratres, quorum templa non cadauera, sed viua quasi corpora videntur
incessanter magna cum grauitate, et maiestate, et significatiuis ceremonijs et symbolis colitur diuina mai-
prasens, quae dixit vbi fuerint congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.
Quapropter palam profitentur Recentiores in hoc se fratribus cedere. Nescio quis in postor insultus a
est affirmare Chorum esse Conuentum idiotarum, quoniam ipsi eo carent, non intelligentes quod Ang-
incessabili voce simul in Choro concinunt Deo Laudes, et Caeli Calomnijs virtutes, uti Isayas et Dan-
et Ezechiel, et Ioan. Euangelista reuelarunt. Et quidem Trece Trisagium et Antiphonas de Caelo haec
ex Cantu Angelorum cum quibus et nostras voces admitti deprecatur Ecclesia: isti autem ne videantur in-
extramitti precantur in Ecclesia. Preterea omnis scientia finis et consumatio est Laus Dei. Aut enim
scientia est de creaturis, aut de Creatore. Quam cum per Theologiam attingimus, aut per naturales sci-
inuestigamus, agnoscendo aliquantulum potentias, sapientias, et misericordias Dni, statim in eius promp-
Laudationem, id quod incessabili Angelorum Ordines quibus Religiosorum ordo correspondet voce proclat-
Quapropter qui dicunt Chorum esse ignorantur, et non Sapientius mentiuntur in caput suum. Non enim
est, qui non eo ergo procedit, ut admiretur et laudet non in cordis angustia tantum, sicuti humanas et
tias angustas, sed vique ad sidera eructet, nostris diujs mirabilia immense maiestatis quae de Deo nouit
sapit, cum verè sapit, ex hoc igitur quod isti Religiosi Chorum non habent non probantur esse Sapientes,
infra sapientes nedum infra Sanctos et Angelos, ergo cum in cultu diuino nostratibus cedant, etiam insapienter
cedunt, dicente Job Colere Deum sapientia est, et Deo, Ibi sum in medio eorum. Videntur ergo qui scienter
venantur, nec publica colunt Laudatione Deum, in qua bonum est, et iucundum habitare fratres in vnum, et
vt comedant modò in vnum, sed vt seruiant Deo humero vno, et latro vno, qui est in medio eorum esse in
Dns Sapientia, qui vero colunt in consumatione. Nec quia idiota etiam intersunt choralibus Lau-
erit Religio idiotarum, sed Sapientissimorum ex ratione institutionis suae in quorum societate etiam
tium lingua fit disertata, et idiota Sanctificantur ad Sapientiam. Hic de toto non de parte est sermo, et
institutionis ratione, non de vsu, modo. Ad id ergo vnde digressi sumus redeuntes, dicimus, velle hoc com-
esse illos nostris in Sapientia inferiores. Si quis autem illorum Legat Libros, siue Scholasticos, siue in
scripturam deprehendet istos non chorales, à choralibus Dominicanis mutuari sapientiam, eorumque esse
res, expositores, et Collectores uti dictum est prius. Summus etiam Pontifex ex Dominicanis Magistros
Palatij, et Sanctae Inquisitionis Commissarios assumit, et in determinandis fidei veritatibus Diuum
suos Dominicanos ante omnes consulit. Rex Catholicus Confessarium et Consultores in grauissimis negotijs
minicanos sibi adsciscit. Scholae Christianae omnes ab eis Magistros petunt. Titulus quoque Praedicatorum
oraculo Vicarij Dei diuinitus eidem datus ordini, idem comprobat euidenter. Quas ob res non modo noui Cla-
Ordines in Sapientia, cultus Dei subsunt Dominicanis, est etiam fratrum Ordines indyti qui cunctos Cler-
nouorum Ordines multitudine, sapientia, Sanctitate, vita austeritate, et meritis apud Ecclesiam longe ex-
Verum quidem est quod Jesuita pueros instruunt et grammaticizantur plusquam fratrum Ordines, sed S. Gregorius
48. lib. 9. ad Desid. inculcat Epòs grammaticizantes potius quam theologizantes, ergo isti tales sunt ad
quales quorundam pedagogi ad Doctores Magnos. Ipsorum Libri hoc etiam testantur de quibus alio in loco sigillatim
erit examen, et qui alienum eas accepere restituant.


Supra omnes Religiosorum Ordines Supereminere
Franciscanum et Dominicanum.

Cap. 3.

Inter fratres autem absque controuersia Dnicani, et Franciscani primatum gerunt, tam in eruditione, et scientia

gravi mole, quam in theologia sapientia. Id quod ipsorum Scholæ et Doctores super aliorum ordinum Scholæ et Doctores incedentes clarè manifestant. Neque enim apud eos est qui D. Thomæ Dnicani et D. Bonaventuræ Franciscani lucem adire queat. Nec enim Gidius et Gregorius Ariminensis heremitani nec Bachonuset Valdensis Thomas Principes inter Carmelitas prefatis Magistris comparari possunt. Quibus si addas Doctores alios de familia Dnici ac Francisci. Scythum, Durandum, Alexandrum, Albertum, Heruicum Okam, Capresolum, Chrestolum alioq innumerabiles, neq. os alij aperire audebunt nisi illi Augustinus, et isti Chiam qui de ipsorum grege non sunt prorsus allegare velint. Sunt etiam in diuino cultu, et in sanctorum numero et disciplina seueriori et familiarum amplitudine Prædicatores, atq. Minores omnino præcellentes.

Dominicanos franciscanis, et Thomistas Scotistis perpetua serie præstitisse. Cap. 4.



At inter Prædicatores Dnicanos et Minores Franciscanos nulla fuit ab initio controversia de primatu. Ceterum Minores dicti sunt isti non ob humilitatem modo; nulla enim humilitas est mendax, sed ob veritatem in respectu ad Prædicatores, sicuti hoc in tempore Clerici Regulares minores dicuntur cum veritate quoniam sunt in respectu ad maiores Paulinos vocatos ab initio etiam Doctor, et Sanctus fuit Dominicus de Nobili prosapia Gormanow ante natiuitatem grauius Matri in forma Catuli facem per orbem gestantis, prænunciatusq. a Sancto Viro. Franciscus vero filius mercatoris (sicut hoc nihil ad rem) Sanctus in media etate, at idiota in scientiis speculatiuis, sicut sapientissimus in sapore diuinorum fuerit adeoq. bene et intrinsecè sibi sapuerit Christus, vt in Christum alterum crucifixum transformaretur eius Stigmatibus insignitus diuinitus mirificè Sanctitatis decore. Qua in re videtur Dominium præcellere. At Dominicus præcellit aureola Virginitatis, et doctoratus, et sequitur Agnum quocumq. ierit. Vnde et si Franciscus vocetur Seraphicus ob similitudinem quam habet cum primo ordine Angelorum, tamen Prædicatorum Pater vocatur Dominicus ab initio. Ob similitudinem quam habet cum Dño Angelorum. Siquidè visio Sanctæ Catherinæ Senensis ecstasica descripta à B. Raymundo Capuano eius Confessario, ordinisq. D. minicani Magistro Generali ostendit B. Dominicum expectore Dei Patris sicut Verbum Dei Christus ex ore manantem. Cuius comparationis rationem ab ipsa exquirenda omitto.

Quantum profecerit in prædicatione Dominicus supra Franciscum vtriusq. gesta testantur, et titulus magistri prædicatorum illi, non isti datus. Si de Sanctitate Dni pulchre et totius ordinis comparatiuus exaretur sermo qui vtrig. Chronica Legent Judex esto. Porro id notandum offertur quod omnes Viri Sancti Dominicani per Ecclesiam canonizati fuerunt Magistri in theologia doctissimi sicut ipsorum Pater Dominicus, vt D. Thomas Doctor Angelicus theologorum, Scholasticorum omnium Princeps D. Raymundus decretalium Pontificiarum Compiler. D. Petrus Inquisitor heretica prauitatis, non minus fortis ac sapiens propter hoc ipsum Martyrio coronatus D. Hyacinthus Summus Concionator qui septentrionalem plagam prædicatione et miraculis illustrauit D. Antoninus Theologorum, Canonistarum, et historicorum primas D. Vincenius Apostolicus Concionator in omni linguarum genere auditus prophético spiritu plenus, Angelus Nunciator aduentus Christi ad iudiciu. Judeorum et Saracenorum innumerabilium ad fidem ductor S. Catherina Senensis scriptis et prædicatione quocumq. æquans Theologos, quamplurimosq. post se relinquens. Doctores quoque fuerunt pridem Beatificati Iacobus, et Ambrosius, et Aloysius Beltranus. Omitto innumeros alios eiusdem ordinis Sanctos Doctores nonnumquam Canonizatos. Hoc enim si fieret aliud nihil in Ecclesia ageretur, tantus est numerus. At in Religione Franciscana exceptis D. Bonaventura, et Antonio et Bernardino vix sanctus inuenies doctorem, sed quasi omnes Laicos, sicut sapientiæ spiritu illustratos, de qua nunc non est comparatio Nam D. quoque Franciscus diaconatus ordinem non transcendit, nec doctoratus professus est; omnes tamen Doctores spiritualiter superauit. Sin autem Sanctorum ac Beatorum vtriusq. ordinis describas numerum innumerabilis est. Attamen quasi per centum annos omnes ferè Dominicani Sancti fuerunt.

Porro si de sapientia formetur controversia à fructibus eorum cognoscetis eos, omnes enim Academia Christianorum et Monachi et fratres et Clerici claustrales et saculares non aliquem ex Schola Franciscana Magistram habent; sed omnes profitentur se D. Thomæ habere præceptores. Præterea est quædam vtilis Sanctaq. emulatio inter istos diuinos Patriarchas, at semper in vno puncto Dominicus excellit. Siquidem à principio dat Franciscus Ecclesie Alexandrum Alensem virum sapientissimum in theologia adeo quod inter Doctores meruerit vocari Fons vite. Dat Dominicus eodem in tempore Albertum adeo sapientissimum

ut magni cognomentum sit assecutus, et quidem excessit Alexandrum non in multitudine modo scripturamentariorum; ille enim summam Theologiae scripsit, et quaedam super Biblia annotationes Albertus a summa Theologia, et super sententias alterum volumen, et de quatuor coelis et de homine super Pro et super quatuor Evangelia. Item vniuersale Philosophia secundum ordinem Aristotelis, sed veritate et doctrinarum copia, et indagine longe superior. In mathematicis, et Astronomicis et natura An oraculum naturae auctoritas est habitus. Parturit Francisco Alexander, D. Bonauentura Sanctissimus doctissimus Theologus qui et inter Doctores Ecclesiae meruit a Sixto V. describi. Dat Alberti Dominico Discipulum D. Thomae de Aquino doctorem Angelicum lumen Ecclesiae, fidei, propugnaculum et totius sapientiae fontem vberimum longe super Bonauenturae praestations etiam Franciscanorum testimonio, qui non Bonauentura sed Scoti potius in suo ordine scholam approbant, sectantur omnia qua D. Thomae adherent. Ipse Bonauentura, dum ipse ac Thomas officium de S. Luchan. Italia, Papa, se victum confessus subiecit quem scripserat hymnus. In Passione Domini.

Qua datur salus homini

Cum audisset D. Thomam intonantem

Large lingua gloriosi Corporis mysterium

Propterea notunt Franciscani Bonauenturae adherere, quod in ipso putant sese inferiores Dominicanis in Dat Franciscus Jo. Scotum Doctorem subtilem mirifico praeditum ingenio aduersus S. Thomam egregium non quod ex inuidia, sed bona emulatione peritum. Dat Dominicus Durandum Doctorem insig solidissimum qui teste Jo. Personae nulli secundus, et praecunctis solidior videri debet proprio ingenio plurimas veritates elucidantem, et contra Sanctum Thomam ut veritas innotesceret mirificentissimas Siquidem Scoti argumta soluta sunt. Durandi vero adhuc multa insoluta manent. Profecto si Dominicus Thomam non haberet, Dominicani essent Durandi ista omnes. Sicut e contra quia Franciscani Scotum non sunt Bonauenturista, confitentes gradum minorem in hoc sese esse assecutos, et licet Scotus Franciscanorum occupauerit Academiae etiam apud Cappuccinos, et Durandus non nisi vnam habeat inia, nihilominus tanta est Durandi virtus, ut a Dominicanis et Franciscanis expulsus, parem tantum Scoto inter Scholas Christianorum obtineat gradum. Quotopere illum sectentur Genitae, qui Thomam vult, nemo ipsorum scripta legens non deprehendit.

Acclamant contra Scotum, et Durandum Herueus Jo. de Neapoli, et alij doctissimi Thomista, tunc et Scoto alij doctissimi Franciscani Jo. Andr. Antonius de Fontis et alij qui dant huius militiae Principes doctissimus Petrus Aureolum, e contra dat Dominicanus ordo Jo. Capreolus contra Aureolum, qui omnia argta dissoluit amplifacat adeo Thomistica doctrina, ut aduersarij omnes penè obmutuerint. Ad Franciscani Richardum de Mediaquila bonum. Huic opponunt Dominicani meliorem Petrum de Paludensis et Theologis praemultis fulgentiore. Erigunt Franciscani E. Okam qui non dignatur esse sicuti nec Durandus apud Dominicanos. Dant Dominicani Robertus Ollet nescium illi cedere. In de Mayronis iactant Franciscani pro Scoto. Franciscum Ferrariense Dominicani pro D. Thomae. Dant Tortaretum Syroribus. Isti Gadellum longe meliorem in multitudine scientiarum et clari dicendi. Tandem hac tempestate laici Franciscanum dedere Lychotum modici quasi nominis Theologus e contra Dominicani Thomam de Dio Carietanum, qui etiam cum D. Thomae et Scoto de primatu in Theologia, et in diuinis scripturis exponendis totis contendere valet. Sunt alij Scotista ingenio nis quibus superstat Dominicus Soto, et Barnes, et Medina, et alij longe praestantiores totius consensu. Melchior Canus, et Ambros. Catheni, ex Dominicanis adeo excellunt, ut vix nomen antij ipsorum habeant vllum excepto Magno D. Lullio.

At in scripturarum explanationes forte contendant, habent enim Nicolaum Syram totius scripturae in famosissimum. At Dominicani habent e contra quam quingentum Hugonem Card. super omnes scripturas sensum quadruplicem. Qui etiam excogitauit fecitque fabulam concordantiarum opus stilissimum laboris. Habent etiam Dominicani Nicolaum Gorranum super totam scripturam subtilissimum et foecundissimum. Addunt Franciscani Franciscum Timenium qui vniuersum nouum ac vetus testamentum caldaica, hebraica, greca, Latinaque lingua, multorum peritum opera adiutus laboriose ac perdocte elaboratum edidit.

Dictionario linguarum totius orbis miraculum peritissimum qui non modo Chaldaica, Hebraica, Graeca, et Latina lingua, sed in super Arabica utrumq; Testamentum sub marte exornatum edidit mirifico ausu mirifica felicitate ingenij. At mirificentiori felicitate eventus additur his Sanctes Raymus qui novam versionem veteris testamenti, ab ipsis Hebraeis super omnes alias probatissimam addidit ex fontibus Hebraicis, novamq; ex graecis testamenti noui ab ipsis Graecis probata super iunctas aditiones, quibus interpretatione vocabulorum Hebraicorum adiunxit. Item dictionarium Linguae Sanctae ad Latinam. Jagogem ad Sacras Literas exponendas, aliudq; opus consimilis arg. ti in 18. Libros distinctus, Sapientia diuinorum relectissimos, et catena argentea in pentatheucum, et in psalterium, et grammaticam Hebraicam psalmi 118. aliaq; opuscula La admiranda eruditionis, cui nullum parem habent Franciscani, nec aliorum Ordines Religiosorum licet Franciscanorum. Porcius etiam Dominicanus illius se imitatorum in lingua et scripturis praestiterit.

Et superaddunt Dominicani Vincentium Beluacensem omnium Librorum qui sunt in Mundo Sectione insignem vt historia testatur, et opus illud ingens Triginta duos magnorum Librorum in Exametron vocatum Speculum naturale, quia in hoc vno complexus est, quidquid speculatione, admiratione, et imitatione dignum inueniri potest in his quae in Mundo Visibili, vel inuisibili ab initio usque ad finem facta vel dicta sunt siue etiam adhuc futura sunt. Equis potest similiter gloriam? Numquid Franciscus Georgius Franciscanus qui solum ex Platonis, et Sanctis scripturis Harmonia mundi scripsit, et cetera prauis correptus est? Addunt forsam Gabrielem Brunum et alios qui indices in Biblijs fecerunt, sed si fuerint mille non possunt comparari Sixto Senensi praedicatorio qui Bibliotheca Sanctam condidit, et in scripturas diuinos Libros, et insuper omnem explanandi modum, et regulas adiunxit.

Adducant Franciscus Zothum Franciscani, qui Biblia Carmine Iambico incondita compendiauit omnia. Adducant Dominicani suum Euidonem Ferrariensem qui exametro versu utrumq; Testamentum historice et allegorice descripsit eleganter. Habent Franciscani Summas, et Sermonarios, et historicos nullius nominis excepta forsam Angelica summa, cui Siluestrina Dominicanorum Longe praestat, omitto Armillas Sabienos, et alias minoris pretij.

Sed si in iure Canonico fiat vis habent Dominicani S. Raymundus Juris quasi conditor, et Bartholomeum Carranram Consiliorum Compilatorem, et Jo. Turrecrematensem Juris interpretem Canonici et Scripturarum et Ecclesiae quasi Economum qui de Ecclesia mirifice scripsit. Adde D. Antoninum cuius Labor in Canonica doctrina, et Theologicis Disputationibus, et Historiarum ab orbe condito narrationibus, nec imitari, nec dum superare audebunt.

Mirificus Joannes Anus Dominicanus in Historiarum, et antiquitatis scrutinio, et explanatione, Hierophanarum sum Sarrum, et Jacobus de Voragine in vitis Sanctorum et Sermonibus sacris ad populum.

Adducunt Franciscani sermones S. Bernardini, et S. Antony, et Cornely nobilissimos, Sed Rosa Aurea Siluestri Dominicani non est minoris gloria. Item Sermones Gabrielis Bartola, et Pipini, et aliorum multorum. Sermones autem S. Vincentij, Ferrer omnes exuperant, doctrina, et eloquentia, et prophetandi insuper excellentia. Is enim fuit Angelus in Apocal. praenunciatus, et a Christo missus ad praedicandum praecipue aduentum Iudicis. Tedet me plura addere in quibus excellunt Dominicani, ex dictis enim abundantissime deducitur in emulatione virtutum semper Dominicanos fuisse potiores totius orbis Christiani consensu, vt mirum sit. Vnde vulgus audeat in Dominicanos garrere quasi nesciant in quo fundent proprias opiniones, et vulgus sit Iudex super eos stimulante aliarum familiarum ita inuida loquacitate, vt etiam ignem in Hispanense Cenobium Dominicanorum injicere penes ausus fuerit quasi in B. Virginis hostes.

Honoribus B. Virginis Dominicanos praedictos suffragari nullamq; Religionem sub Deipare tutela magis degere quam Dominicana.

Cap. 5.

In quo autem aiunt etiam Dominicanos B. Virginis honoribus hostes probe mentiuntur; nulla enim Religio adeo Matrem Dei coluit magis in eiusdem protectione fundata inuenitur, quam Dominicana. Siquidem ad eius honores instituta est, et orta, et acuta usque adhuc, etenim vti scribit Theodoricus de Appollia, et S. Antoninus, et habetur in Chronicis Dominicanorum B. Dominicus cum proficisceretur vna cum suo Episcopo Legato ad Gallorum Regem nactus est in itinere haereticos B.

Virginis honoribus aduersantes, nolentes dici mater Dei, sed Christi, relictis officio secularis
Legationis pro Regina Caeli Dei matre capit pugnare doctrinis, miraculisq; et adeo profecit, ut Su-
Pontifex Honorius illi titulum Patriarchæ Prædicatum dederit confirmans ordinem eius pro B.
ne militantem, imò, et à Beata Virgine, et à Deo impetratum. Siquidem miraculosa illa
Christi irati in Christianos pessime viuentes, volentiq; flagella immittere, cui ex aduerso
Virgo obsistit dicens se habere quos mittat pro conuersione eorum ostendens Dominicum atq;
quibus placatus est Christus bene probat utrumq; Patriarcham esse B. Virginis partem, et ex hoc
alio ordinis institutores, sed in hoc Dominicus excedit, quoniam in eius honorem insuper militandi
prædicatum instituit. Adde quod maius est, quoniam Beatus Reginaldus discipulus Sancti Dom-
habitum à B. Virgine ordinis accepit, et quod maximè ipse Pater Dominicus dum contra A-
hæreticos B. Virginis hostes prædicaret apud Tholosam et Maceratensem animo eo quod non
proficeret, apparuit ei B. Virgo, docuitq; per mysteria Redemptionis humana seriatim, seriosq;
et concepta formula expressa hæreticos posse debellari, hoc est S. Rosarius uocatum quod per
mundi partes delatus miraculis, et operibus pijs, et doctrinis ad bonam praxim deducentibus
Christianum cadente erexit, et hostes fidei prostrauit. Unde conflata est confraternitas Im-
Regum, Pontificum Summorum, et totius Christianitatis frequentia et probitate insignis, ergo
Virgo Paradisus, Rosarium suum in ordine Dominicano plantauit, et omnis confraternitas
hominibus pijs ortum habet, hæc uero calitus à B. Virgine delata est. Equis potest simi-
gloriarum? Et quis ergo S^{ta} Virgini gratior ordo supra eum in quo suum uiridarium et de-
proprias ipsa plantauit? Quid adhuc indoctum vulgus non miratur? Cur Dominicanos hostes
Dei uocat eos, qui potissimum à Dei Matre ortum et aug^{tem} et delicias habent, prædicant,
amplificantq; in eiusdem Deipara honorem. Adde quod alij ordines solum officium de tempore
Dominicani uero officium B. Virginis ex consuetudine, et præcepto superaddunt, ergo tanquam gra-
B. Virginis incessanter laudibus eius incumbunt. Et privilegiati Magistri à ceteris Canonicis
studiorum gratia exempti tenentur in sine Completorii interesse solum cum SALVE RE
cantatur, quasi possint ab omni officio, studiorum feruari, excepto eo in quo B. Virgo ipsorum mater
sima salutatur, atq; honoratur. Quid sciote ad hæc?

Duplex Vulgi Accussatio aduersus Thomistas Dominicanos.

Cap. 6.

Ad illos nunc sermo, qui discipulos S. Thomæ Dominicanos, propterea incusant quod B. Virgini
immaculate Conceptionis negant. Inter quos primatus tenent doctissimus Thomas de Vro Car-
Card. S. R. Ecclesiæ in opusculo de Conceptione B. V. et Jo. de Surrecremata doctrina theol-
et Canoniar. Itemq; Cardinale insignis. Adde Joan. Capreolum Thomistarum Principem, et
de Neapoli, aliosq; Scholasticos q; doctissimos. Nos vulgus condemnat duplici crimine. Alij
asserunt eos D. Thomæ et Sanctiorum doctrinam non sectari, ac proinde inexcussabiles esse saltem
eos noluerunt intelligere, nec ergo esse Thomistas. Alij uero esse quidem Thomistas affirmant, et
non debuisse in sua perseverare opinione, quoniam D. Thomas in his potuit errare, quem admodum in
alijs ab Vniuersitate Pariensi sugillatur.

Ridiculus esse Accussatores Thomistarum ponentium B.
Virginis Conceptionem in peccato originali quasi à D.
Thomæ Sententiam istam non acceperint nec à S.
Doctoribus.

Cap. 7.

At quidem priores ridiculi necum imperiti uidentur D. N. Thomas multis in locis disertis

affirmat B. Virginem conceptam fuisse in peccato originali, subitoq mundatam, huc rationibus.
 Prima quia redempta est sanguine Christi qui est Saluator omnium maxime fidelium ut dicitur 1. Tim. 4. ergo ali-
 quando fuit captiua saltem in instanti Conceptionis. Item quia dicitur Rom. 3. Omnes in Adam peccauerunt, et
 egent gratia Christi. Unde in p. 2. q. 81. art. 1. solum Christum a culpa originali exceptuat. Matrem vero in-
 cludit; ut saluetur a filio. Item quia stipendium peccati mors est, ut dicitur Rom. 6. B. autem Virgo
 fuit mortua, ergo propter peccatum non alienus ut Christus, qui pro omnibus mortuus est ut dicit Apostolus.
 ergo in eo omnes mortui sumus, ergo propter proprium, non propter actuale, ergo propter originale. Nec D.
 Thom. in 3. sent. d. 3. q. 1. art. 1. quastion. 1. ubi addit quod non decuit ut Conceptio Mariae euet aqua
 his Conceptioni Christi sine peccato. Id quod nec potest esse si ex semine maris et foemina concipiatur
 quoniam non potest fieri coitus sine concupiscentia teste Augustino in lib. de nuptijs et concupiscentia
 et quidem Albertus dixit hanc sententiam Parisijs esse condemnatam ut haeticam, quam ante eodem
 narat S. Bern. quod s. aliquis possit ex seminibus concipi sine peccato. Idem etiam probat S. Thomas
 ibidem in 3. d. 3. q. 1. art. 1. in solutione quastion. 2. item in quolib. 3. q. 8. item in opusc. 8. eisdem
 argumentis ostendit B. Virginem plenam omni gratia postquam mundata est a peccato originali in Con-
 ceptione contracto, et in Compendio Theologiae cap. 40. ex eo probat conceptam in peccato, quia non potest fieri
 Seminum commixtio absque libidine, ut dicebat Augustinus. Item in 3. p. q. 27. art. 2. praesupponens
 B. Virginem in Adam peccasse, et peccatum originis contraxisse, uti probarat in p. 2. q. 81. quare quando nam
 sanctificata fuit, probatq duplici ex causa non potuisse concipi sine peccato originali, quoniam Sanctifica-
 tio praesupponit peccatum; est enim sanctificatio teste Dionysio perfecta mundatio a peccato. Mundatio
 autem non potest haberi nisi per gratiam. Gratia autem non potest esse nisi in creatura rationali, ergo
 antequam B. Virgo esset creatura rationalis non potuit mundari, non est autem ante animationem nec
 ante Conceptionem, ergo post, ergo et post mundata est. Haec ratio est D. Bern. in epistola ad Lugdunens
 Secunda quia si ante animationem sanctificata fuisset, nullam culpam incurrisset, nec redemptione
 indiguisset. Nec venus dixisset Apostolus, Omnes in Adam peccauerunt, et egent gratia Dei. Nec quod ait
 si Christus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sumus & Nam B. Virgo non fuisset mortua morte
 Christi; nec deinde in morte propterea quae est stipendium peccati.

Ex his ridiculi apparent qui dicunt D. Thom. non tenuisse B. Virginem contraxisse originalem culpam praecipue
 qui allegant opusc. 8. de salutatione Angelica ubi sane ter D. Thomas asserit conceptam fuisse in pec-
 cato originali. Vide audaciam sciorum, alij allegant 3. p. q. 27. prose, vide Nebulorum imperitiam
 Igitur si Thomista Conceptionem immaculatam negant, habent in D. Thoma excussationem quam
 vulgus Theologastorum negat; eos autem qui a D. Thoma despicunt pro suspectis habet Urbanus Papa
 4. D. autem Thomas pro haeticis eos habet, qui ut eximant B. Virginem a culpa originis, negant
 omnes in Adam peccasse: quod apud Parisios tunc declaratum erat teste Alberto Magno eius magistro.

Nihilominus cum tantam D. Thoma non immeritam exhibeant reuerentiam non de fuere qui rationes eius
 contra Conceptionis puritatem solubiles esse dixerunt inter quos primatum tenet solidissimus Durandus
 Episcopus Dominicanus in 3. d. 3. q. 1. Alij vero etiam affirmarunt B. Virginem conceptam esse
 sine peccato ut Joan. Viguierius Granatensis Dominicanus in summa theologiae propria et Robertus
 Okot super 1. 2. Sap. cap. 13. lect. 160. et qui nominatur discipulus super psal. 39. et tandem
 magnanimus Ambrosius Catherinus Dominicanus Archiepiscopus Compsa ingenio, et eruditione prestan-
 tissimus qui contra haeticos nostri temporis mirifice pugnavit 19. opuscul. fecit pro munditia Concep-
 tionis admirabile, a quo omnes recentiores mutuati sunt argumenta. Adunt et alij Thomista plurimi
 quos prose allegant aduersarij; licet aliquando impudenter. Adducunt enim prose B. Vincentij Ferrer
 Dominicanus, qui expresse et non communibus verbis in serm. de Concept. contrarium affirmat, sic faciunt
 de ceteris positionis potiusquam rationis tenaces.

Doctrinam de Conceptione B. Virginis sine peccato originali
 non ortam esse a Franciscanis melioribus, sed potius a Domi-
 nicanis, licet paulo ante ab Episcopo Anglicano.

Cap. 8.

At quoniam vulgus statum minorum gloriatur hoc mysterium ex ipsorum Schola prodysse, et probet



173
mentiantur; Nos etiam de hoc dicere non grauemur. Porro ante Scotum S. Bernardus in epist. 3.prehendit Canonicos Lugdunenses, quia festum de Conceptione Virginis celebrabant, quod Catholica non celebrat Ecclesia, aiuntq. quaedam Episcopum Anglum auctorem festi huius fuisse in Ecclesia. a quo Lugdunenses acceperunt, ut Baronius in Martyrologio, et Ioannes Bauonus in 3. sente. dist. 3. scripserunt et alij; in Ecclesia vero greca multis ante temporibus teste Galatino lib. Habuisse autem originem ex visione quadam Abbatis Heluini naufragantis in itinere ad Danon. Rege Gulielmo Anglorum missus fuerat, et hanc reuelationem allegat Bernardus, et vanam igitur non a Minoritis prodijt verbum hoc, qui post Ber. exorti sunt, et simul cum Domin. paulo post, Imo e contra statuo Patres minores potius contra Conceptionem sensisse non quod est eorum, sed doctiores atq. Sanctiores inter eos. Inprimis Alexander Alerius princeps Minoritarum, quamuis esset Anglus. Vnde talis opinio et Festiuitas de immaculata Conceptione capit; tamen immaculatam fuisse docet quasi de fide in 3. par. sua summa q. 9. memb. 2. sentit Ricardus de Mediauilla alter princeps inter minoritas, et ipse Anglus in 3. dist. 1. Preterea Okam nulli secundus, nec Scotus apud Franciscanos etiam in 3. dist. 3. Nicolaus Lyra alter Coripheus Franciscanorum idem sensisse asseritur. Item Seraphicus Bonauentura inter Franciscanos primatum gerens in 3. d. 3. q. 1. art. 2. ait Beata Virgo fuit Concep. in peccato originali, et eius Sanctificatio subsequuta est peccati originalis contra. Et hic modus dicendi est communior, rationabilior et securior vbi luculenter S. Doctor iste testatur opinionem tunc temporis fuisse communioem, et tutioem, et rationabilioem propter argumen. Thomae et sua, qua fere eadem sunt, et Magnus Albertus contestatur ei, quoniam tunc fuit et damnata opinio de Conceptione sine peccato. Preterea S. Antonius de Padua praecipua portio Franciscani in serm. de Natiuitate S. Mariae dicit Sanctificatam in utero, et non conceptam macula. Item S. Bernardinus Senensis Minoritarum fastidium alterum inquit in 3. opere serm. in tractatu de B. Virg. serm. 4. incipiente sicut Solus inquit. Tertia fuit Sanctificatio maternalis, et ista remouet culpam originalem, et confert gratias, et remouet prouitatem. Dum tam mortaliter, quam penialiter, et haec fuit in B. Virgine vbi clarissime tuetur q. Thomas et Bonauentura scripserunt.

Haec ex Minoribus. Atq. ipsi non possunt de ordine suo allegare Sanctum vel bonum; nisi ex torq. thoritates, et per verba communia. Habent quidem Scotum in 3. d. 3. q. 1. qui hesitanter hoc et conditionaliter, si Ecclesia et Doctoribus Sanctis, non repugnat, sciebat enim omnes Sanctos stare contrase. Nam S. Bonauentura ibidem ait. Nullus Sanctorum inuenitur dixisse de huiusmodi, et audiuius auribus nostris B. Virgine fuisse in sua Conceptione a peccato originali. Item dixerat Magister sententiarum ibidem eadem verba protulit Adam Anglicus ibidem, ait, Nullus Sanctorum inuenitur dixisse contrarium, et Franciscus Mayronus Scoti sectator quod etsi B. Virgo fuerit seruata a peccato originali, tamen propter dicta Sanctorum omnium possumus, quod aliquo modo peccatum originale contraxit et ergo nullus Sanctorum affuit vbi ut posset tutus persistere, neque de antiquis, neque de modernis quos Bonauentura vidit in Religione sua vel aliena. Atqui subsequuti sunt vulgus Franciscanorum hanc opinionem de Conceptione amplectuntur, non hesitanter ut Scotus, sed contentiose itaut etiam fabulosa pro veris ad tuendam positionem interserant. Alij enim dicunt Annam B. Virginis conceptisse ex osculo non ex semine Ioaehimi, ut quidam Sermonarius Franciscanus vocatus sicuro, id quod Ecclesia et doctores omnes pro fabulosa haeresi habent. Alij visiones autem futiles et haereticas. Dicunt enim D. Bernardus alij, alij D. Bonauentura videri per reuelationem nescio cui, Cum macula in vestimento. Interrogatumq. cur intra paradisi sorditiam, respondisse, quoniam Conceptionem B. Virginis maculatam fuisse scripserat. Et tamen sunt ab Ecclesia Canonizati, nec in paradiso intrat coinguinatus, ut dicitur Apoc. 21. Quia ergo iste visionarius coinguinatus vidit Sanctos Dei Ergo ne, et S. Hieronymus, et Augustinus

Cyprianus, et omnes Doctores adhuc inquinati sunt intra paradisum, quoniam et ipsi aliquos errores scripserunt, non quidem ut haeretici, sed ut errantes. profecto S. Augustinus librum scribit de lapsibus Sanctorum, et ipse se ipsum in multis retractavit, et similiter D. Thom. in opusc. 72. se ipsum concordat et retractari ab alijs rogat, in quo videbitur pugnantia dixisse, vel errasse. Quid ergo cominiscuntur isti nebulones de maculis Sanctorum? Nonne peius est errasse in doctrina de summa trinitate quam de Beata Virgine? et tamen S. Jo. Damascenus qui Spiritus Sanctus non procedere a filio scripsit, immaculatus intra Januas paradisi degit. Quod ex his liquido constat, quomodo positio de Conceptione Immaculata a franciscanis non deriuatur, sed de maculata deriuatur, quandoquidem optima illorum pars pro Thomistarum maculantium sententia pugnat. At de Dominicanis Sanctis isti Minores Scotista nullum habent sicuti de Minoribus Dominicani habent. Nam Sanctus Antoninus et S. Vincentius aperte pugnant pro priscis illis Dominicanis. Nihilominus quidam allegant etiam Sanctum Dominicum, cujus scripta non extant, sed afferunt nescio qua a Cucaro, Pineda, Meda, Theodorico, et Antonino, sed perperam. Non enim illius verba convincunt cum disertis verbis id non probet, neque asserat. At enim ipsorum testimonio sicut primus Adam fuit ex terra virgine, et nunquam maledicta formatus, ita decuit in secundo Adam hoc est in Christo fieri. Cuius terra, id est Mater Virgo, nunquam fuit maledicta. At ille. At idem dicunt qui maculant Conceptione. Nam simulac anima est corpori unita, totum compositum fuit benedictum nec duravit maledictio, ita ut posuit aliquo tempore dici maledicta terra. Ecce isti habent verba communia Caietanus autem et Surrecremata, et Capreolus habent verba propria de peccato originali contracto in Conceptione isthoc secundum Doctores et Sanctos franciscanos. Nec ex S. Vincentio aliquid proprium, sed commune habent. Proprie enim Nos allegauimus ubi Conceptionem in peccato tenet. Quapropter nescio cur isti vulgares adeo extollunt franciscanos, vel quasi inuentores Immaculate Conceptionis, vel quasi non assertores maculatae. Quod autem prius et magis Dominicani purificauerint Conceptione supra diximus et sequens manifestabit sermo.

D. Thomam etsi munditiam Conceptionis B. Virginis Crediderit, tamen cum maculam asserit Patrum asser-
tionibus conformibus fuisse impulsus nec suo tempore
Præterea argumentum D. Thomæ positum in opuscul. 8. dum exponit salutationem Angelicam huc Gratia plena & est insolubile pro Conceptione, ibi enim ait quod fuit plena gratia super omnes Angelos, superq. creaturas omnes, sed cui deest una gratia possibilis non est plena omnibus gratiis, sed hæc gratia puritatis Conceptionis est possibilis, ut in Concilio determinatur, ergo habuit eam B. Virgo, aut falsa est propositio S. Thomæ ab omnibus Patribus decantata. Præterea non esset plenior alijs habentibus illam gratiam id est Angelis, et Adamo, et Eva. Sed dices, quia est Mater Dei est plenior. Verum est (dicam) quod hæc gratia excedit omnes sine fine; sed comparatio huius apud D. Thomæ datur de gratia habituali, et actuali, et probatur quoniam ipse ibidem ait exponendo q. Gratia Plena, quod gratia datur vel ad malum vitandum, vel ad bonum operandum et in his duobus Maria excedit (inquit) omnes Angelos, sed (inquas) si Maria non vitavit malum originale, ergo secundum Thomam non est plena super Angelos ea gratia qua vitatur peccatum, cui ipsi Angeli imo et Eva vitaverint peccatum originale. Incongrue ergo deinde adscribit Mariæ cum omni gratiarum plenitudine simul culpam originalem. Præterea Augustinus exponendo illud Lucæ 7. qui plus dimittitur, plus diligit & quod excellentius beneficium est præservare à malo, quam permittere in malum cadere, ac deinde liberare, ergo si B. Virgo fuit in peccato concepta plena non fuit illa gratia præservativa. At Capreolus, et Jo. de Neap. respondent quod maius beneficium est si quis præservatur à malo, quam si eripitur à malo; simpliciter quidem, non autem secundum quid etiam secundum accipiente videtur enim plus debere secundum quod ereptus, quam præservatus, et adducunt doctrinam D. Thomæ in 2. 2. q. 16. art. 2. dicentis quod ex parte dati plus debet qui præservatur à malo, ne incurrat ex parte vero modi gratis dantis plus qui eripitur à malo. Nam plus gratis datur gratia inimico, quam amico, et concedit quod præservari à malo est beneficium maius, sed hæc doctrina magis fauet argumentis D. Thomæ pro Conceptione, quam contra, si enim plena gratia est, ergo potius accepit maius donum simpliciter quod facit simpliciter plena, quam secundum quid, quod facit plena secundum quid, ergo præservationem, potiusquam ereptionem. Adde etiam quod sic accepit non modo maius donum simpliciter, sed etiam secundum quid, Nam B. Virgo etsi non incurrit culpam originalem, tamen ex debito Adæ fuit obnoxia culpa, cui non fuit obnoxius Angelus, et idcirco redempta sanguine Christi, sed hoc malum euasit per sanguinem Christi præservatione, et munditia et puritate, qua maiora ereptione et mundatione et purificatione. Et hoc palam est, quoniam maius est cadentem in lutum tenere ne maculetur, quam sine maculari, et postea lauetur. Nec dicas capere ut cadat, quatenus sumi licet magis, et dicebat



Augustinus; hoc enim dixit de Virgine superba, non de humili, propter humilitatem electa, et in super-
sepe scripsit quod humilitas ante peccatum melior et preclarius, post peccatum vero necessarius est
rius dandum est Maria iuxta arg^{ta} S. Thomae pro plenitudine gratiae Mariae, imo datur ei
num maius et simpliciter, quia preseruatur, et secundum quid, quia dum cadit erigitur. Illis enim
tibi Christe pro peccatis quae non feci, te seruante, quam pro peccatis quae dimisisti mihi non.
Licet sit maius gaudium super uno peccatore penitentiae agente, ratione noui doni. Alioquin me-
set etiam B. Virgini inquinari omnibus peccatis etiam actualibus, ut purificaretur per maius doni
acquinta super S. Seraphin si hoc abominamur in Virgine inquinamentum ab actuali; quare
ab originali. Bene scripsit quidam quod de filijs nascituris obnoxij ex hereditate ex cu-
tum, potest Rex preseruare unus cum maiori gratia, quam ex hereditate deinde inuestire. In
D. Thomas adducit ibidem ex Canticis dictum encomium de B. Virgine. Tota pulchra est
et macula non est in te. Et si B. Virgo fuit maculata originis culpa, non quadrat ei proprie, et
hoc encomium, nam idem potest dici de Seraphin et de Magdalena post purificationem, sed prop-
dicitur de Maria iuxta D. Thomam, ergo nulla unquam contraxit maculam quae est punior
per recessum ab omni macula, non per ereptionem. Sunt aliae rationes pro immaculatione Con-
etiam ex dictis S. Thomae quia scilicet est mater Christi propter tollendum peccatum originis
conuenit ut sine originali nasceretur. Item quia potuit. Item quia melius bonus super
turas assequi debebat. Item propter honorem Domini eius filij, non debet secundum Aug-
formari questio de peccatis in B. Virgine, et tunc loquebatur Augustinus de peccato origi-
cum actionum.

Non immerita igitur haec D. Thomae argumenta ut inuicta sequaces fecerunt opinionis D.
p^o sent. posita, Scotus, Aureolum, Almain, Gabriel, Dionys, Carthusian, Jo. Baccho-
Mariham, Driedonem, Nicolauus Cusanus, Jacob. de Valentia, Alfonso Castro, Am-
Catherinus, Viquerius, Lippomanus, Jo. Rossensem, Vegam, Corduba, Nauarum et om-
recentiores approbantibus Pontificum et Conciliorum decretis deuotionem ipsorum.

Argumenta D. Thomae contra Conceptionem ex Bernardo
et Augustino, alijsq^{ue} desumpta facile solui posse et soluta
iam esse.

Cap. 18.

At age quod quarto proponimus arg^{ta} D. Thomae sequuti Bernardum examinemus, an sit in
gradu, cum iam dictis. Haec Capreolus in 3. q. 3. art. 1. ad quatuor reducit rationes videlicet
Prima omnis redemptus a Christo habuit peccatum, B. Virgo fuit redempta a Christo ergo habuit
non actuale, ergo originale.

Secunda Nullius humanae personae Conceptio aequatur in puritate, et immunitate, et elongatione
Conceptioni filij Dei, sed B. Virgo fuit humana persona, ergo non aequatur eius Conceptio
immunitate, et elongatione a peccato Conceptioni filij Dei. Aequaretur autem si nunquam
peccatum originale.

Tertia singulare priuilegium filij Dei non conuenit alteri, sed concipi sine peccato et singulariter
filij Dei, omnes enim alij in Adam peccauerunt, et egent gratia, ergo B. Virgo fuit
in peccato, et per eius gratiam mundata.

Quarta Nulla persona concepta per sexuum commixtionem concipitur sine peccato, ut probat Aug-
psal. 90. in peccatis concepit me mater mea, et Job. 33. Nemo mundus a sorde, nec in furore
sed B. Virgo fuit concepta ex seminis commixtione, ergo in peccato.

Haec argumenta colligit Capreolus, sed D. Thom. in 3. par. q. 27. art. 2. format hanc rationem
quinta.

B. Virgo fuit sanctificata, et non ante animationem, ergo post animationem. Prima patet quoniam Sanctificatio est per facta mundatio secundum Dionys. ergo est a peccato originali. Mundatio autem fit per gratiam; gratia vero non datur nisi creatura rationali, sed ante animationem Beata Virgo nondum est creatura rationalis, ergo post. Hac ratio est S. Bernardi, et tamen D. Thom. ipsam mutilat. Nam Bern. ait quod non potuit sanctificari ante nec in ipsa Conceptione; quoniam omnis Conceptio per seminales rationes facta est per concubitum, et concupiscentiam, ergo per peccatum in quo David dicebat Et in peccatis concepit me mater mea, Deinde addit rationes quae sit. Sexta.

6. Si B. Virgo sanctificata fuisset ante animationem non indigisset redemptione, quoniam culpam non incurrisset, ergo non esset verum quod dicitur Mat. 1. Ipse Salvus faciet populum suum a peccatis eorum et Apost. Christus est Salvator omnium, et addit Caietanus, quod ante animationem non indiguit ipsa qua nondum erat redemptione, sed parentes causa scilicet in quibus erat.

7. Item in responsione ad 2. addit S. Thom. ex epistola Bernar. quod Conceptio Mariae sine peccato derogaret Conceptioni Christi. Item.

8. Et ad tertium quia festum Sanctificationis, et non Conceptionis celebrat Ecclesia universalis, et Surrecremata in hoc fundat sua intentione, quoniam Ecclesia Romana mater Ecclesiarum non celebrat festum Conceptionis.

9. Item Caiet. addit argumentum Bern. Quia Patres negant Sanctificatam fuisse ante Conceptionem, vel in Conceptione. Item ait quod propositio illa videlicet quod sanctificata fuerit in Conceptione est inopinabilis, et ideo praetermittitur a D. Thom. quoniam non est possibile simul contrahere peccatum et mundari ab illo.

10. Praeterea in compendio Theologiae et in expositione salutationis Angelicae S. Thom. eadem dicit rationes, et praecipue quia non potuit fieri communiatio Joachimi, et Annae absque libidine, et ideo apud Scholasticos veteres teste Caietano erat inopinabilis Conceptio seminalis sine peccato, et idem apparet ex Alberto, et Alexandro, et Richardo, et Capreolo. Atquidem Vindex Bernardi dicit non intellexisse Scholasticos epistola illa. Nam Bernar. negat Conceptionem Seminalem posse fieri sine peccato, non autem animationem, sed fallitur iste vir, Nam Bern. ex hoc quod Conceptio seminalis, quae proprie est Conceptio iuxta illud Betsaba ad David Concepi. et Levit. 12. si mulier conceptio semine peperit masculum & non potest fieri sine libidine concludebat quod animatio erat etiam in peccato illius libidinis dum anima in funditur libidinoso semini. Et quidem Bern. ante animationem docet non potuisse sanctificari, quia non erat, nec enim est quando semina miscentur homo, sed post animationem. Unde concludit quod animatio et conceptus omnis est in culpa originali. At enim potius quia praecessit absque sanctitate Conceptus, oportuit ipsam sanctificari Conceptam, ut Sanctus sequeretur iam partus, ut sane Bern. solum partum facit sanctum, Conceptam vero omnes maculatum.

1. Addunt ex S. Thoma in p. 2. q. 81. rationes alias quia nempe B. Virgo fuit mortua, ergo propter peccatum, nam teste Apost. stipendium peccati mors est. Non propter alienum ut Christus, quia redempta non redemptrix ergo propter proprium non propter actuale, ergo propter originale.

2. Deinde omnes conatus ponunt Thomista in auctoritatibus Sanctorum, et etiam Magister fecit, quorum alij loquuntur in generali quod videlicet omnes praeter Christum in Adam peccaverunt. Omnes sunt redempti, nec ullibi excipitur B. Virgo. Alij sunt auctoritates speciales de culpa originali in B. Virgine qualis Augustini super psal. 34. et d. super Gen. Similiter Eusebius, Remigius, Anselmus, Bonaventura, Bernardus, Antoninus, Antonius, Bernardinus, Rupertus et alij, et quidem Bonaventura et Mayronus, et Bern. dicunt nullum Sanctorum docuisse Conceptionem B. Virginis sine peccato uti in cap. 7. ostendimus.

Respondeo praefatas D. Thomae rationes facile solvi posse, quas vero ponit pro Conceptione insolubiles esse probavimus stante hypothesis patrum rationabilissima necessariaque unde inferuntur quod videlicet non potest puritas maior reperiri, aut intelligi sub Christo puritate Mariae Matris eius. Notandum



ergo quod in homine duplex reperitur Natiuitas, apud Platonicos etiam notata, altera ex utero
ex doctrina qua Christianis celebratur in baptismo, quo renascimur. Unde Paulus ait. Quis
per Euangelium, et S. Iacobus generauit nos uerbo uirtutis. Item duplex Conceptio, altera
semina commiscetur, et fit embryo, et animal imperfectum, vegetante sentientiq; spiritu
ut in Phis. quod ostendimus. Altera quando corpus concipit animam rationalem à Deo
quod fit post organorum formationem perfectam trigesimo quasi post die matris, sexagesimo inq;
Non enim inspirat Deus spiraculum uitae nisi in homine iam formatum ut dicitur Gen. 1. et
docent omnes, quicquid alij dicant aristotelizando quod oriatur materia nuda non forma
item deformatè nudateq; de qua opinione disputauimus in phis. ostendimus D. Thom. non
dogmate, sed aristotelizando aliquando sic tenuisse, cuius contrarium deinde docet in 3. p. e.
semel et bis. At hoc nunc parum ad rem.

Secundo dico ad 1. argumentum duplicem esse redemptionem, alteram ex captiuitate in quam qui
incurrit, sicuti nunc mancipium de manu Turcarum redimimus, alteram ex captiuitate quae
debeatur ex communi decreto et preparatione, sicuti si quis ad captiuitatem cum alijs uenit
et antequam tradatur emptori redimitur ab aliquo. Neque huic distinctioni obstat dictum
Papa non redimitur nisi uere ante captiuum, utraq; enim est uera captiuitas, et uera re-
demptio id quod patet etiam ex iure ciuili in l. decem de uerb. signifi. l. non utique ff. de exco-
munic. ab alio milite liberatus, ne in hostium potestatem ueniret, etsi nunquam eorum extitisset
censetur. Idem Bern. docet serm. 22. in Cant. Item Durand. aliud ad hoc adducit exemplum
si filium seruorum suorum quis obnoxium communi ex lege seruituti secundum suam radicem ad
Mediatoris preces liberum faciat antequam in utero concipiatur. Aut si Rex ob crimen Lau-
tis hominem quem pia, suorumq; posterorum bonis cunctis et hereditate priuaret, tamen potest ex-
imere eum ex nascituris. Et haec quidem gratia maior quam si permitteret prius seruire, ut docet
ret, sicut dicebat S. August. et S. Thom. in 2. 2. q. 16. art. 2. His dictis respondetur

Ad 1. arg. Thomisticum, quod omnis redemptus à Christo habuit peccatum, uel in se, uel in sua radice
tutus ex mancipio, B. Virgo non habuit in se, sed in radice, quando omnes in Adam peccauerunt
datur obnoxia, sed redempta fuit preseruatue, sicut filius serui antequam seruiat, et capti-
Captiuitatis iugum, ut patet ex dictis in iure ciuili et theologia scholastica, imo et S. Bern.
aduersatur Conceptioni immaculatæ, docet in 1.º serm. Circumcisionis, et in serm. 22. in cant.
fuisse nedum sapientiam et iustitiam, sed etiam redemptionem Angelis qui non ceciderunt
nus meruit sua passione seruare eos ne caderent. Et hac ratione ait fuit homini et Ang.
utriusq; redemptio soluens illum, et seruans istum. Igitur si Deus seruasset B. Virginem
in culpam originalem fuisset aequè redemptor illius atq; nostri, illius per preseruationem, et
solutionem, quid clarius. Nam si aequè est redemptor nostri Conceptus ex malo semine,
laum conceptus non ex malo semine, multo magis est aequè Nostri atq; Mariae quae
semine concipienda erat, at prius mundatum fuit, uel in conceptu animæ.

Ad 2. concedo totum, et nego quod aequatur Conceptio B. Virginis sine peccato Conceptioni
peccato. Non enim aequatur in puritate, quoniam B. Virgo ex semine humano, Christus
Sancto concipitur ex sanguine Virginali. Non in immunitate. Nam B. Virgo fuit
in lumbis Abrahæ, ut probat August. ex dictis Apostoli ad Hebræos, sed non Christus, et
obnoxia erat peccato, sed preseruitur à Christo ne cadat. Christus autem non obnoxius fuit nec
Nec enim secundum rationem seminale ex Adamo et Abrahæ processit, sed solum secundum
materia, ut docet S. Thom. Neque in elongatione à culpa fuisset equalis, Nam quemad-
pondet ipsemet D. Thom. in 1.º sent. d. 44. huic argumento in B. Virgine fuit potentia
ad peccatum originale, et potentia ad actuale antequam Spiritus Sanctus superueniret

extinguendum fomitem peccati, ut ait ipse D. Thom. ibidem dist. 44. et d. 17. q. 2. ad 4. sed in Christo non fuit potentia ad originale peccatum, quonia non ea virili semine sed mystico spiramine nec ad actuale, quonia in eo nullus fomes aut pronitas ad peccandum fuit. Debat Capreolus impugnare responsu S. Thomae in d. 44. de potentia asserta in B. Virgine ad peccatum et negata in Christo.

Ad 3. dico singulare privilegium filij est ita concipi sine peccato ut nullus ad illud habeat obligationem nec pronitatem. Hoc est concipi de Spiritu Sancto ut principio actiuo, et de sanguine virginali, ut passiuo, sicut dicit S. Basilius. At B. Virgo concepta est sine peccato, sed cum obligatione ad peccatum, sed tamen praeuata ne peccaret. Haec autem obligatio erat in seminibus Joachimi, et Annae, et propterea est redempta praeuatiue et pro omnibus mortuus est Christus, etenim omnes peccauerunt in Adam, et pariter B. Virgo, nam et pro illa mortuus est, ne contaminaretur, sicut pro Angelo ne caderet, et pro reliquo genere humano, ut a contaminatione eriperetur ut bene loquebat. Bernard.

Ad 4. dico quod licet sit reuelatum S. Brigida imp. lib. c. 9. et in 6. cap. 49. quod Anna et Joachim non conuenerunt ex libidine, sed iussu Dei ad coitum generationis S. Mariae etiam nolentes, sicut qui volentes ieiunare iussu Praelati rumpunt ieiunium. Nihilominus etiam si conuenerunt in concupiscentia, non sequitur quod Mariae Conceptio sumpta pro animatione fuerit in peccato; sed Conceptio tantum sumpta pro seminis commixtione, et de hac loquitur Bern. et August. quod fiat in concupiscentia, quando nimirum concipitur homo ut animal sensitium, non ut rationale. At licet immundum fuerit sensitium corpus illud; tamen ante animae aduentum potuit a Deo per gratiam mundari ut digne conciperet animam illam purissimam in 60. die et non contaminaret eam. Nec dicant Scripsi non fuisse semen organizatum capax gratiae. Namq. eo modo est capax gratiae quo est capax culpa, et quia ut dicit S. Thom. in p. 2. q. 81. est in eo culpa materialiter, quoniam est pronitas ad bonum concupisibile inordinata, et est simul culpa formaliter, non ut in subiecto, neque ut in agente causa, sed sicut in instrumento quo Adam transfudit in posterum actum sua peccantis voluntatis uti anima in membra corporis actus suus communicat, propterea potuit Deus eo modo quo fuit corpus animale illud capax culpa transfundenda in animam rationale facere per gratiam ut deleatur illa pronitas et vis transfusa instrumentaliter. Eo enim modo, et multo magis omne ens est capax gratiae quo est culpa. Et quoniam peccatum originale formaliter est priuatio iustitiae debite secundum quam rationalis mens obedit Deo, et non suis passionibus, in natura incorrupta; materialiter uero est ipsa concupiscentia propendens ad bona mutabilia per prudentiam carnis, ut in libro de peccato originali probauimus ex tota scriptura Dei, et Patribus; illud ergo corpus conceptum cum libidine inter manuales amplexus ut dicebat Thomas cum Bern. potuit et debuit ita concinnari a Deo, ut non dissentiat a Spiritu infuso; et rationalis Deo, a quo infundebatur, ita ut nullo pacto acquiesceret sensualitati, non enim nisi acquiescat contrahat maculam, sed manet in rectitudine ad Deum in qua creatur. Haec rectitudo fuit in principio in B. Virgine ut dicit Papa Julius 2. et ostendit quod nullo pacto peccatum originale incurrit quod est curuitas illa, qua mens sensualitati, et sensus corpori indulget plusquam debet. Utrum autem contraxerit fomitem peccati, quod est peccatum materialiter, hoc non disputo, est enim controuersia inter Doctores, quoniam alij ligatum tunc volunt, posteaq. in Conceptione filij extinctum, alij aliter ergo si non contraxit illam priuationem rectitudinis, qua est peccatum formaliter, ergo nec macula quae post peccatum remanet, ergo nec reatus ad penas aeternas siue positiuas, ut uult August. siue priuatiuas tantum, ut meliores Scholastici.

Ad 5. argumentum quod primum est in 3. p. Respondet. quod Sanctificatio non praesupponit semper peccatum nisi quando est de priuatione ad habitum, uel de contrario in contrarium, non quando est de negatione in affirmationem iuxta illud Apoc. qui iustus est iustificetur adhuc, et sanctificauit Moses tabernaculum. Igitur cum sanctificaretur Maria in Conceptione Christi, transit de non Sancto, seu minus Sancto negatiue ad Sanctum maius affirmatiue. At cum sanctificatur in Conceptione transit de non Sancto priuatiue



ad Sanctum habitualiter et positivè, et hæc sanctificatio non fit ante animationem, quoniam in concubitu parentum, neque antequam anima corpori infundatur. Tunc enim vera est ratio Thomæ, quia quod nondum erat non poterat sanctificari scilicet completivè, sed tantum dispositivè. Dicebamus, quonia sicut Adam dispositivè per semen transfundit culpam in animam, ita Deus seminatus mundando facit ut non culpetur infundenda anima. Et quia tunc non erat persona B. non sanctificabatur completivè. At simul cum creatur et infunditur anima sanctificatur per non solum exclusivam peccati, quod tamen poterat non contrahi si semen seu embryo iam non erat, sed etiam ornativa anima, et pulchrificativa.

Cessat g. ratio Bern. et August. quoniam non illa Nobis ponitur Sancta Conceptio, quæ fit in plexu maritali, ut ipsi aiunt, sed illa qua corpus organizatum, animatumq. sensualem animam præter rationale, licet Anselmus aliquo pacto in serm. de Conceptione sanctificet primam, et omni pacto ut mox declarabimus. Imo ipse D. Thom. in 3. dist. 3. q. 1. art. 1. docet B. Virginem potuisse sanctificari ante animationem in embryo, non quidem propriè sed solummodo ut mox dicimus, licet non sit apud D. Thom. sic sanctificata, ut Nos dicimus, et teneatur S. Thom. propter argumenta posita in 1.º dist. 44. ut supra cap. 19. Et cum Caiet. addit hanc esse inopinabilem, quoniam non potest simul incurrere culpam et mundari à culpa, propter hæc fuisse à D. Thoma. Respondetur primo quod non incurrit culpam anima, quæ corpori non mundato à dispositiva instrumentalitate transfusiva culpa. Item secundo quod mundari à B. Virgine non est post peccatum contractum, aut cum contrahitur consummatè, sed est servandum, quod contrahere ex radice seminali cogebatur propter impuritatem illam quam Thomas in semine agnoscunt. Unde ridiculi sunt moderni Suarius et Parquetz docentes non sanctificari ante animationem, et in parentum semine, quoniam semen non est capax culpæ gratiæ. Nam capax est instrumentali modo utriusq. sicut D. Thomas docuit. Tertio dicemus quod licet simul tempore sit contractio, et mundatio, non tamen simul natura. Natura est creati, quam infundi, ergo cum creatur anima est obnoxia culpæ contrahendæ, animatura culpabile corpus inquinatum, cum verò infunditur liberatur ne contrahat, et amplectuntur ab Ecclesia decernente in Tridentino Concilio non esse damnandam, hanc opinionem Conceptionis qua sanè damnaretur si contradictione contineret, imo Julius 2.º Papa in decreto pro Conceptione declarat quod anima B. Virginis à creatione sua tota facta fuit calcæ facta Lari, ut Summi Regis Thalamus, et quidem Caietanus victus in fine commenti ad 27. in 3.º p. concedit posse admitti munditiam Conceptionis, sed ex gratia singularissima instanti infusionis animæ infusa, ut præservaretur à peccato originali, quod tamen nisi gratia illa affluisset, et hoc non esse contra fidem, sed specialem modum redimendi, et dicebamus. Unde ipsemet Caietanus iam solvit argumentum quintum hoc modo, et D. Caiet. altero modo ut supra.

Ad 6.º. est prius quod si B. Virgo fuit sanctificata in Conceptione, vel ante, non propter indiguit redemptione, imo hoc fuit eius redemptionis opus, id est sanctificari in Conceptione, etiam si post peccatum sanctificaretur in utero, quando nondum facta erat per Crucem redemptio virtus redemptionis per Crucem operandæ, iam præerat, ut sanctificaret in utero Joannem et B. Virginem, sicut qui conteritur ante confessionem emundatur à peccato in ordine ad confessionem faciendam, nec propterea postea non indiget confessione, ut dicunt Lutherani, imo maxime quoniam in virtute eius perficiebatur contritio, ut docet S. Thom. et omnes catholici, etiam sanctificati sunt ex meritis futura passionis Christi, opus enim Dei omnia temporatur, quatenus est Dei, et ideo verum est illud quod Christus est Salvator omnium, at magis in saluatione, quæ aliorum, etsi passio credimet Angelos ne caderent, sicut Ber. ait, et

redemptio, sicut et Nobis, cur non etiam matrem iam castam seruet et veraci redemptione, ut patuit in resp. ad 1.

Ad 7. argumentum quod posuit D. Thom. in resp. ad 2. dicimus quod hoc non derogat Christi dignitati sed deficit maxime. Unde August. propter honorem Dei abstinuit in B. Virgine a questionibus de peccato et ipse precepit honorari parentes, maximeq iuvari, maxime autem iuvari est sustentare ne cadat in culpam, multo potius quam ne fame pereat et quia Bern. opponit illud honor Legis iudicium diligit; dicimus esse maxima Iustitia et perfectus iudicium ut B. Virgini paritura Deum puritas maxima conferretur, qua nulla maior sub Deo, ut dicebat Anselmus et Chriost. et alij Patres, et ipse D. Thom. maior autem fuisset concipi sine peccato si potuit, et esse gratia plena omnimodo, non modo excludente actuali culpa, sed etiam originali. Item maior est Christi dignitas si liberet a culpa contrahenda, nedum a contracta, ut probatum est supra auctoritate Augustini et Ber. et Thomae, et beneficium maius simpliciter ut dicunt Thomista, at Nos probauimus et simpliciter ut in seruatis Angelis, et secundum quid, ut in seruata Maria ex generis conditione sagura quod beneficium est etiam simpliciter maius respectu ad ceteros homines.

Ad 8. verum dicit S. Thomas quod tempore suo celebrabatur in Ecclesia Romana festum non Conceptionis sed sanctificationis, nisi Lugduni, et in Anglia, etiam S. Bern. probauit non debere celebrari per hoc quod Conceptio non potuit esse Sancta, sicut fuit Sancta Natiuitas, et Assumptio; festum enim celebratur de Sancto, sicut de Sancto Petro, et de Sancta Christi resurrectione, et Incarnatione, et Natiuitate eiusdem, et Sancti Joannis, quia prodyt sanctificatus ex utero. At nunc temporis non solum aliqua Ecclesia, sed etiam Romana celebrat festum Conceptionis S. sicut natiuitatis mutato nomine Natiuitatis in Conceptione, et eadem encomia et laudes, et puritates dat Conceptioni quas Natiuitati ex precepto Pauli V. et Gregorii XV. quo precepto etiam Dominicani obligantur, et mutauerunt nomen sanctificatio in Conceptio, et canunt officium de Conceptione, ut de natiuitate. Quia propter tota Ecclesia nunc argumentum D. Thomae et D. Bern. resoluit, et quidem tota vis argumenti erat Ecclesia Romana. Unde Surrecremata in hoc fundabat intentionem suam, quod Ecclesia Romana dicit in officio Sanctificatio, non Conceptio, quapropter nunc cederet tanquam victus ut ipse dicit et S. Thom. reuocaret opinionem ut ipse dicit.

Et cum Caiet. dicit quod haec festiuitas non facit argumentum demonstratiuum apprimè fallitur, quoniam in eius opposito se fundant Thom. et Bern. et Surrecrem. et nunc oppositum aliud concludit oppositum. Neque nunc ita diceret Caietanus. Et enim ipse ait: Multa Ecclesia adhuc celebrant sub nomine sanctificationis festum hoc, quod tamen tempore nostro falsum est, et cum subdit quod celebratur Conceptio quatenus sanctificata, siue in suo instanti, siue post incursu peccati, et ideo debere celebrari sub titulo Sanctificationis, ut nomen consonaret rei. Nos fatemur quod celebratur Conceptio, non ut Conceptio sed ut Sancta. At sic etiam celebratur Natiuitas Christi, et Dei patris, non ut Natiuitas, sed ut Sancta. Verum Conceptio non potest dici Sancta, quia postea sanctificatur, non enim quod non amplius est, sed desiit esse potest sanctificari. Unde Bern. probat quod Sanctificatio sequens Conceptionem non sanctificat Conceptionem, sed partum, et Natiuitatem. Conceptio autem est cum anima infunditur rationalis. Igitur postea non Conceptio sanctificatur, sed res concepta, ut Bern. et Thom. probant. Quoniam vero nunc Ecclesia vult celebrari sub nomine Conceptionis et non Sanctificationis, manifeste contradicthiis qui post Conceptionem sanctificant B. Virgines si ratio Caiet. valeret, neque Natiuitas dici debet in officio sed Sanctificatio, quoniam Natiuitas non celebratur, nisi quia Sancta. Item si ex sequenti sanctificatione ponet fieri festum precedentis euentus non sancti, tunc posset fieri festum Natiuitatis puerorum statim a natiuitate sanctificationis per Baptismum euolantur in Coelum, quod est falsum, non recte ergo Caiet. nec ex D. Thom. et Bern. intentione concludit, quod potius debet celebrari sub nomine sanctificationis, et ideo a Summo Pontifice non immerito corrigitur, cum omnes iubemur sub titulo

Conceptionis celebrare. Idcirco officium de S. Conceptione antiquum approbatum à Papa Innocentio
Julio 2. et Leone 4. habet in Inuitorio. Immaculatam Conceptionem Virginis Mariæ cele-
Christum eius Præservatoris Adoremus Dominus. Quando vero Pius V. confirmat indulgentias
Conceptionis, iubet ut dicatur officium Natiuitatis B. Mariæ mutato nomine Natiuitatis in
cum eisdem Laudibus etiam prærogatiuis Laudando Conceptionem sicut natiuitatem, ergo palam
hoc nunc in tota Ecclesia observatur, quod si uiuere S. Thomas et Bern. idem scirent. Unde
iudicauit non Conceptionem abhorruisse Bernardus dicere Sanctas, sed celebrare festum de Con-
inconsulto Pontifice Romano, sed reuera utrumque reprehendit, attamen in fine epistolæ se iudi-
mittit Ecclesiæ id quod facit S. Thom. non semel ut nihil dubitandum sit quin ex hac ce-
presentis sæculi concluderent Conceptionem Sanctam.

Nec miretur quispiam quod festum Ecclesiæ Romana acceperit à Lugdunensi, et ab Anglicana. Vbi
mus post Abbatem Heluinum hoc promulgauit, ut testatur Durandus, et Jo. Bacchonus, et Au-
in 3. dist. 3. et Jo. Gerson in serm. de Conceptione, et Thomas Borius in lib. 9. de signis
et Baronius in Martyrologio ad 8. decembris, et Concilium Nationale Cantuariense ten-
Baconi, ut ipse testatur, et ex officio antiquo apparet. Nam etiam festa Rogationum
ab Ecclesiâ Viennensi, et Antigonas ab Antiochena, non ut à magistris, sed ut con-
magistraliter quod alia Ecclesiâ ut participes potestatis illius cuius ipsa habet plenitudinem acci-
à Domino iuxta illud Pauli Philip. 3. Cui quid aliter sapitis, et hoc uobis Deus reuelauit
Ad argumentum ex Patribus mox patebit responsio, quoniam locuti sunt opinatiue non testificatiue si-
et Concil. Irid. et Pontifices. Ad secundam partem nego quod sit propositio inopinabilis. Ad
te Sanctorum Bonaventuræ, et Antonini. Item Petri de Palude et Scoti et Durandi, Item
Caietani ubi concedit non ex ui Conceptionis, sed gratia potuisse concipi sine peccato, Item ex
quod in 3. d. 3. putat etiam ante potuisse sanctificari improprie, Item ex auctoritate Pontif.
Concil. Irid. qui non modo inopinabile, sed possibile et pium et ueritati consonum esse de
Conceptione sine peccato, et Nos respondimus huic argumento in responsione ad quartum, Verum
apud Ber. et Alex. Alense, Richard. et Capreol. et Ferrar. et Albertus uisa est olim in
non autem nunc, at neque tunc apud omnes.

Ad 2. quoad primas respondimus, et cum additur quod non potest fieri coitus sine libidine, et
quod si libido dicit delectationem, forsitan est uerum; quamuis multe mulieres iurent se a-
dine et per arim uel in somno, uel in balneo ut narrat Auerr. fuisse impregnatas, sed si
non est peccaminosa, alioquin etiam in cenando cum delectatione peccaremus, ut Caiet. bene
in opusc. de delectatione amorosa, quod delectatio non est peccatum, et Nos probauimus quod
libatio boni fruendi, sed si loquamur de libidine ut est delectatio superans rationem, sic est
et cum concesserimus hanc in Conceptione seminis Annæ et Joachimi cuius contrarietas habet
tionem, et Sanctorum auctoritate, non propterea sequitur B. Virginem conceptam in peccato,
etiam Conceptione quando unitur anima rationalis corpori animali quam Nos defendimus ut
non sic priorem, et cum Caiet. instat quoniam ex hoc possemus concludere etiam seminum con-
fuisse Sanctam sub Christo, imo et conceptam sine semine, et de spiritu S. et tamen sub Christo
ualet consequentia, quoniam stat firma historia naturalis, quod concepta est de semine huma-
et Annæ apud veteres Patres et historicos, et historia theologalis ex Apost. Rom. 3. qui
etiam est à Christo. Nec damus illi puritate maiorem quam possit accipere sub Christo se
sortitur in hoc quod ab actuali et originali culpa fuit immunis ut S. Thomas probat in 1.
et hanc puritate super omnes creaturas qua non possit maior intelligi Non Nos sed Patres
ei tribuunt sub Christo, Anselmus, Chrysost. Theodoret. Damascen. Hierony. At non

quod sit concepta per hoc de Spiritu Sancto, quia tunc esset aequalis Christo et nulla redemptione indigisset nec praeservatiua, et utrumq; est contra historias naturales et sacras, ut dictum est.

Ad A. concedo quod mortua est propter peccatum originale, non quod incurrit, sed in quod incurrere debebat. Nam et pueri baptizati moriuntur, quamuis careant originali culpa, quoniam poenaltates peccati temporales super omnes filios Adae in totam naturam peruaserunt. Relinquuntur enim ut exercitium ad virtutem, et in memoria diuini beneficii in renatis, culpa vero in natis. Item B. Virgo accepit poenaltates famem, sitim, dolores et mortem, non ut penas proprias, sed sui generis, nec in stipendium originalis peccati proprii sua persona sed ut communis sua speciei, ut proprii enim solum ad exercitium accepit, quo magis mereretur sibi, sicut Christus ut mereretur alijs eadem penas assumpsit. Ne autem putares Christum subiectum corruptioni et incinerationi iuxta maledictiones protoplastorum, statim post mortem resurrexit antequam corrumperetur iuxta Dauidis prophetiam, sic B. Virgo ne putares subiecta maledictionibus Adae, et Euae statim post mortem assumpta est in Coelum in corpore et anima uti narrat Damascen. in oratione de Deipara dormitione neq; est reuersa in cineres iuxta maledictiones, et hoc tota Ecclesia docet. Similiter etiam docet quod nec Eua maledicta illud pertulit. In dolore paries, sed peperit cum gaudio Saluatoris saeculorum, sicut in officio canimus.

Triples responsio ad authoritates Patrum.

Ad authoritates Patrum ultimo loco positas respondemus. 1. quod Patres locuti sunt opinatiue, non testificatiue; opinantes autem contingit errare. Siquidem S. August. Lactan. Firmian. Procopius, Iulianus, Chrisost., Beda, et alij Patres putauerunt non extare antigodas, et multi damnati sunt aliter opinantes ut patet ex Historia Bauarorum, at nunc testimonio Christophori Columbi conuicti aliter dicerent. Praeterea August. Bern. Irenaeus, Justinus, Tertul. Origenes, Victorinus, Chrisost. Theophil. Theod. Ambros. et Joan. Papa 22. opinati sunt Animas Sanctorum ante vniuersale iudicium teneri in promptuarijs, nec videre Deum per essentia. Nunc autem contrarium sentimus omnes ex definitione Benedicti Papae 21. et Concil. Florent. Praeterea omnes Patres exceptis tribus Chrisost. Cyrillo, et Dionys. dicunt Angelos esse corporeos, et habetur in Concil. Niceno 2., et tamen hoc tempore Scholastici omnes contrarium affirmant. Locus ergo theologicus ab authoritate Patrum est necessarius, quando loquuntur ut testes veritatis quas a Deo acceperunt mediate, vel immediate non quando loquuntur ut opinatores sicut in hac controuersia quemadmodum probauimus in Logica et in Metaph. et in theologia.

Secundo respondetur iuxta Regulam Siconij apud S. August. epist. 57. quod Patres loquuntur ex communi decreto, quo omnes homines tenentur peccato originali, excepto Christo, qui mortuus est pro omnibus, et ideo omnes saluantur in Christo, et hoc Nos etiam hodiernis temporibus asserimus, sed tamen dicimus modum captiuitatis Mariae eiusdemq; saluationis et redemptionis fuisse proprium et potiore, quoniam in Conceptione mundi saluatur, alij minus privilegiati in Conceptione mundata, ut Hieremias, et Ioannes, alij post Natiuitate, et baptizati. Alij post cursum vitae, ut penitentes, omnes tamen a Christo saluantur et profecto sic congruenter ut B. Virgo Mater Dei in hoc super emineat ceteris in gratia, sicuti eminet in gloria. Patres autem ad hanc distinctionem non aduertentur animum. Et cum dicit Bernar. quod illi praetermiserunt, suspectum est michi, idemmet Bern. respondet, quod si Ecclesia illud suscipit non amplius suspectum est. Similiter enim ante Concil. Nicen. 1. Ly. Homusion suspectum fuit multis quoniam nemo illud dixerat, nisi forsan Origenes, et Dionysius Papa, et Dionys. Alexandrinus ut considerat Athanasius in orat. contra Arianos. At tamen postea diuinitus inuestigimus inuictum. Similiter ante Concil. Viennen. doctrina de lumine gloria spernebatur, et oppugnabatur, nunc ab omnibus de fide asseritur, et defenditur. Nomen persona in diuinis, quia a Tragicis mutuatum est, videtur prophana uocum nouitas ab Apostolo detestata, sed postquam Patres susceperunt illud a Deo, ardet Theologus, et



nescientes, interrogatig qui sunt tres testimonium dantes in Coelo apud S. Joannes responde-
ter tres personæ, ut dicit Augustinus, multaq; alia huiusmodi inuenies quonia' Spiritus Sanctus
Dominus) suggeret vobis omnia, non simul, et subito, sed paulatim, et in subiecta materia,
dubitauit Hierony. et alij Patres de Assumptione Virginis in corpore et anima ad Superos,
permisit Deus (inquit ipsa B. Virgo ad S. Brigidam) nunc autem ab Ecclesia ubique cele-
dubitauit Bern. de Conceptione, an sit Sancta, et nunc ubique celebratur in Ecclesia greca, et
ut Sancta.

Tertio responderi potest non ineptè quod Patres locuti sunt de peccato originali materialiter sumpto
autem formaliter sumpto, omnes enim dant illi puritatem super Angelos, et plenitudines gratiæ
super effluente; puritas autem est recessus à culpa; omnimoda puritas est ab omni culpa ut docet
in p. d. 44. tam actuali quam originali, ergo quando dicunt habere labem peccati, vel peccati
interpretandi sunt de peccato materialiter, hoc est de fomite et sensualitate qua relictatur
patet quonia' omnes fere dicunt quod in aduentu Spiritus S. obumbrante Altissimi virtute
gata ab omni peccato, et glosa Bedæ, extinctus est fomes peccati. Constat autem quod post nat
non habuit peccatum actuale nec originale, ergo habuit fomitem, qui ut dicit D. Thom. in Virgi-
ne fuit ligatus, et in filij incarnatione fuit extinctus. Hoc autem patet maxime verum esse
Anselmus in lib. Cur Deus homo, docet non modo conceptus esse, sed etiam natam in peccato
Alibi verò in serm. de Concept. et in lib. de Conceptu virginali utrumq; negat, Sancti-
tatem, et Natiuitatem, ergo ibi loquitur materialiter, hic formaliter. Damascenus etiam aliquando
aliquando affirmat. Similiter Augustinus nulla in lib. de nat. et grat. nulla vult haberi quæ sit
in Maria Dei pars propter honorem filij, at in 2. super Gen. et in psal. 34. Carnem eius
dixit, et in peccatis conceptam, ergo hic materialiter, ibi formaliter. Nemo enim sub peccato
et Sathana seruus vel in momento asseruit matrem Dei. D. autem Thomas non recipit
sed quod locutus est ex proprijs, cum sanctificat ex alienis, cum contaminat.

Adversarij Thomistarum præconij alias dant responsiones, nescio quo periti zelo contentioso, insulto
volunt apparere Sapientes vulgo, cui sese accomendant, dicunt omnes Patres docuisse Conce-
para in contaminatione, et adducunt Augustinum, Chrysost. Iudeon. Damascen. Ansel. Hiero-
dimum, Vincentium, et alios, qui manifestè contra Conceptiones locuti sunt. Verum quidem est quod
Doctores magnificant Sanctitatem et puritatem Virginis tot tantisq; laudibus, ut necessario ex eis
possis cum D. Thoma ut supra puritatem Conceptionis, sicut e contra adeo peccati originalis similitudinem
ut videantur etiam in B. Virgine quam etiam nominant ut sedata amplificari, præsertim quia
Augustino adherent post disputationes in Pelagianos, sed profecto si ad propria descendas plures
quam sanctificant Conceptiones, imò nullos videas non maculantes, et hunc sermo videtur
propterea communior, rationabilior et seuior. Cuius contrarius accidit nostris temporibus, qui
in populari credulitate applausus confisi, nullas scripturas, nullorum doctores non audent pro
imperite et impiè sensu ipsorum extorquendo. Adeo quod nescio quis Impostor audeat allegare
authoritate dicentis quod nemo intrabit in paradysum qui Conceptione munda Dei parte non credit
vulgaris imperitiæ plenus, nedum impietatis. Haud perpendens quod hoc non est dogma pertinens
et quod Bern. cum Sanctis plurimis de paradiso ubi ponuntur ab Ecclesia excludit.

Alij dicunt quod Bern. non negat munditiam Conceptionis, sed festi celebratione nondum ab Ecclesia
autorizata. Et falluntur, quonia' D. Thomas et Alexander, et Albertus, et Bonaventura
et Petrus Ceuensis disputant pro eo cum Nicolao Monacho S. Albini discipulo Bernar-
inimico, longe in doctior est qui epist. 179. negat esse Bern. cum nulla magis eius sit ut patet
dus et stylo eiusdem.

Quapropter melius respondimus Nos, quod Bern. et alij locuti sunt opinatiue quod patet quoniam se
 iudicio Ecclesie in hac disputatione remittit, quando autem dogma falsum est, statim illud expellit
 absque hac submissione, ut patet in epistola ad Hugone et in alijs ad Innoc. Papam, et ad Eugenium 4.
 Sed inlat Caietan. quonia nullus Sanctorum reperitur qui Conceptione sine peccato asseruerit, et Bonaventu.
 hoc etiam dicit de Sanctis veteribus et sui temporis quos ipse nouit, aut audiuit. Similiter Adam
 et Mayronus contestantur. Respondeo quod mihi sufficit Tridⁿⁱ Concilij authoritas ubi dicit
 hoc posse teneri, nec posse damnari, et excommunicat damnantes, et quia D. Thomas de possibili loque
 batur exclusiue, et alij coetanei; propterea dico argumentum non valere. Semetiam quia D. Thom.
 in p. sent. ita scripsit, et quando negauit propterea negauit, quia visum est impossibile dogma damnatum
 a S^{to} Bern. ut dicit Albertus. Praterea Sancti illi locuti sunt opinatiue; et econtra habemus
 S. Brigida qua loquitur testificatiue. Inus autem testis proualeat cunctis opinantibus, sicut vnus
 Columbus omnibus Theologis et Phisicis, Logis, et Poetis negantibus antipodas, pre fertur, at
 alij allegant ex modernis S. Bonauentura in tom. 3. ser. 2. de Virgine et S. Brunonem
 in psal. 102. Petrus Damianus ser. de Annunc. S. Bernardinus tom. 1. ser. 53. Laurentium
 Justinianum in lib. de sponsationis Christi cum anima cap. 3. et in fasciculo amoris cap. 7. aliosq
 multos, et quonia vidi falsarios esse Citatores, et libris careo, et solum Justinianum loqui proprie
 et non communiter; nec ergo posse convincere Caietanum; fides esto penes Auctores, quod aut allegant
 S. Anselmum in epist. ad Episcopos Anglie mihi videbantur fallaces, cum certum sit in Lib.
 Cur Deus homo, dixisse contrarium. Verum cum Nos negotium amplius examinarem, inueni
 mus testes fide dignos ita asserentes, videlicet Baroni in Martyrol. Item Durandum, Aureolum
 et Joanne Baconum in 3. d. 3. qui Baconus allegat Concilium Cantuariense sui temporis an.
 1328. Praterea Thomas Bozius lib. 9. de signis Ecclesie, et Joan. Gerson in serm. de Conceptione
 Quapropter videtur Anselmus exulans Lugduni sub Gulielmo 2. ex Normannis Anglorum
 Rege instituisse festum Conceptionis ibidem quod reprehensum max fuit a Bern. contemporaneo
 nouitate adhorrente. Idemq Anselmus promulgauit festum hoc in Anglia per epistola quam
 existimabamus apocrypham institutum prius a suo Abbate Becensi Heluino post miraculum
 e naufragio per B. Virgine Liberato, cum impositione, ut hoc festum celebraret. Item
 scripsit Anselmus officium de Conceptione quod extat Roma in Bibliotheca Baroni. Item
 ibi est sermo Anselmi de Conceptione et expositio in 2. cor. 9. extatq fragmentum eius de
 Concep. Sed mirum quomodo hi libri latuerunt D. Thom. et Alex. et Bonauenturam
 et priscos Scholasticos; Non tamen audeo testes contrarios repulsare cum videam coniecturas
 negantiu epistola 179. esse Bernar. consimiliter argumentari, et facile possum conciliare
 Anselmum in lib. Cur Deus homo, quonia locutus est de peccato originis materialiter; in alijs vero
 libris formaliter. Allegant alij doctores Grecos, et celebritate Conceptionis ante mille annos
 fides sit apud eos. Mihi plus valet vna Brigida super omnes opinatores. Hec me conuicit
 in suis reuelationibus approbata ab Ecclesia, et a beato, quas omnes religiose ac rigurose
 examinariimus per historias, et per theologias. Testimonium omnibus opinionibus antefer
 tur, alioquin testimonium Apostolorum quod Christus resurrexit posset in firmari per argumenta
 opinantium. At nihil est stabile negantibus testimonium, ut in metag. ostendimus.

Eadem D. Thomae rationes, et Bernardi contra
Conceptionis munditiam, esse iam ab Ecclesia
Catholica solutas, nedum infirmitas,
similiter et aliorum.

Cap. 17.

Argumenta contra munditiam Conceptionis tam D. Thomae, quam aliorum (id quod quinto loco pro
esse ab Ecclesia iam infirmata nemo dubitet. Siquidem ad duo reducuntur, videlicet quod ex
sequitur, quod Christus non fuit Redemptor vniuersalis, quia non matris, quia non peccauit
quod est contra Apostolum. Secundo quia Ecclesia non celebrat festum Conceptionis, quia
et Viri Sancti veteres huius contrarium crediderunt, aut non meminerunt. At in Concilio
si contra hoc habemus scilicet Conceptionem B. Virginis per ordinatam fuisse ad Dei fili
lem originem, et cum Christus sit praedestinatus Filius Dei in spiritu Sanctificationis
peccato Adae, ergo et B. Virgo non ex peccato Adae, et propterea Ecclesia illi adaptat verba
Ab initio et ante saecula creata sum. Et in officio dicimus Elegit eam Deus, et praelegit
quonia controuersia utrum Christus fuerit praedestinatus ante praevisionem peccati Adae,
Catherinus, quo posito sequitur ut B. Virgo fuerit ante praedestinata. Unde peccatum nec
nec debuit contraxisse, sicut etiam Ecclesia videtur affirmare, cum dicit praelegit eam
initio ante saecula creata sum, et Dominus ab initio viarum suarum possedit me. Deum
numquam possedit eam, ergo nec in Conceptione. An vero fuerit praedestinatus post
peccatum Adae, ut vult Caietanus, ex quo sequitur, vel contraxit, vel debuit contraxisse
transeamus ad certiora. Porro in Concil. Basil. sess. 36. decernitur quod B. Virgo
concepta sine peccato, secundum scripturas et Sanctos et rectam rationem, quae verba contra
Bernard. et Bonauen. et Caietani, ex diametro affirmantibus dogma hoc esse contra Sa
et Sanctos et rectam rationem, et quamuis hoc Concil. non est confirmatum dogma, tamen
auctoritate magna, ubi determinatur a tot Episcopis Clarissimis, inter quos fuit Cae
et Joan. de Surrentina, ille deinde Papa Pius 2. Iste vero Cardinalis S. R. E.
nus. Praeterea in Concil. Trid. sess. 9. post decreta de peccato originali subiungit
Sancta. Non esse sua intentionis comprehendere in hoc decreto ubi de peccato origi
Beatam et Immaculatam Virgine Mariam Dei genitricem, sed obseruandas esse Con
felicitis recordationis Sixti 4. sub penis ibi contentis quas innouat. At in Extr
qua incipit, Cum praeracelsa; et in altera, qua incipit. Trauenimus declarat esse opinionem
nec contra fidem, quod B. Virgo fuerit concepta sine peccato, et redempta praeseruat
irrogant hanc opinionem repudiantibus, ut falsa, et confirmatur officium de Conceptione
cuius inuitatorius dicit. Immaculatam Conceptionem Virginis Mariae celebremus,
eius Praeseruatorem adoremus Dominum, et Lektionen declarant, et probant hanc sen
ubi manifeste non modo infirmatur, illa ratio D. Thomae, et aliorum ex parte red
vniuersalis, et quia omnes in Adam peccauerunt, sed soluitur, et approbatur opinio

et pro ea dantur Indulgentia. Nec dicat Caiet. non pro ea, sed pro sanctificatione subsequenti; nam
 contrarium probauimus in cap. precedenti, et Sixtus 4. erat Franciscanus Scotista, et hanc opinionem
 tuebatur in sensu Scotistarum et populorum. Ne tamen reuerentia D. Thomae frangeretur concessit
 teneri posse opinionem de maculatione Conceptionis. Mox Pius V. Papa Dominicanus motu proprio
 qui incipit Super Specula confirmat decreta Sixti 4. et insuper officium de Conceptione vult esse idem
 cum officio de natiuitate, verso nomine Natiuitatis Virginis in Conceptione, ergo dat easdem laudes, et
 encomia Conceptioni, ac Natiuitati, et quia S. Thomas et S. Bernar. confitentur propterea celebrari
 Natiuitatem, quia fuit Sancta, nunc propterea celebrari Conceptionem, quia fuit Sancta, et dignissima
 ut in officio canimus, confitentur ergo rationes Semithomistarum non modo solvuntur, sed etiam damnan-
 tur in eo quod dicunt non potuisse B. Virginem concipi sine peccato secundum Apot. et Christi honorem
 et Caiet. in p. 2. q. 81. et in 3. p. q. 27. admonet Dominicanos ne amplius ita dicant quoniam dam-
 nantur et haeretici dicentes, quod filio auferatur priuilegium, et quod Mater non fuit vere redempta si
 et quod est de fide credere omnes fuisse conceptos in culpa originali. Praeterea Innoc. 8. et Julius 2.
 et Leo 11. Pontifices Maximi confirmauerunt Religionem nouam de Conceptione B. Virginis institutam
 Societati a Beatrice de Silva anno 1484. et indulgentias largiti sunt, et officium de Conceptione con-
 firmarunt sub titulo Immaculata. Item Clem. 7. idem officium confirmauit, cuius inuitatorius est Imma-
 culata Conceptione Virginis Mariae celebremus: Christus eius Praeseruatorem adoremus
 Tandem Paulus V. anno 1621. indulgentias concessit recitantibus illam antiphonam. Haec est virgo
 in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpa fuit, et c. cum oratione. Deus qui per Im-
 maculatae Virginis Conceptionem ubi clare patet contra Caiet. quod indulgentia ista non conceduntur
 pro sanctificatione rei conceptae, sed Conceptionis Sanctae, et Immaculae macula originali diuersis verbis
 sicuti in die Natiuitatis non dantur pro sanctificatione consequenti, cum sit mater Dei, sed pro sancta
 ipsa natiuitate, et propterea Sixtus 4. vocat Conceptionem puram et Immaculatam. Praeterea in
 breui dato anno 1617. Aug. 31. ait idem Paulus V. non audeant in publicis concionibus, lectio-
 nibus, conclusionibus, alijs quibuscumq. actibus publicis asserere quod eadem Beatissima Virgo fuerit
 concepta cum peccato originali et c. et addit penas. Contra vero concedit publice disputari et predi-
 cari pro Immaculata Conceptione, et licet Papa declaret quod non intendit reprobare contrariam opi-
 nionem, tamen magis approbat hanc, quam nullus Papa, quamuis Dominicanus reprobat, aut
 minus approbat, sicut contrariam approbat magis etiam Pius V. Dominicanus. Adde Gregor. XV.
 qui in suo Breui dato die 24. May 1622. prohibet sub eisdem penis predicari aut legi, aut dis-
 putari publice contra puritatem Conceptionis, uti Paulus V. et ampliat priuilegium Pauli usque ad
 secretas disputationes, et sectiones intra claustra Monachorum, quapropter non modo ad tollendum scanda-
 lum pusillum ut pretenditur, prohibetur publice docere Conceptionem in peccato originali, sed etia
 quia minus consona videtur Ecclesiae post tot decreta Pontificum, et Conciliorum qui pro incontami-
 nata omnes pugnarunt Conceptione, nullus autem pro contaminata. Tandem Urbanus VIII. anno
 praeterito 1623. pridie idus Februarij noua militia sub titulo Conceptionis Virginis Immaculae
 diploma promulgauit hanc Militiam approbans, qua proficitur pro Virginis Immaculatae
 Conceptione pugnare, et concedit Indulgentias, et vota religiosa eis. Non fit autem votum nisi
 de maiori bono, ergo tam monialibus Beatricis de Sylua, quam fratribus Ducis Riuernens
 conceditur ut manus bonum vouere pro Immaculata Conceptione, ergo ut minus vera tractatur
 qua opinatur maculatam; sed quod maximum est ad soluenda Caietani et D. Thom. et Bern.
 et Surretrem. argumenta et hoc quod Gregorius XV. praecipit sub nomine Conceptionis a cunctis
 fidelibus etiam Dominicanis hoc festum celebrari debere, et non sanctificationis, et videtur quidem
 de fide tenendum esse quod Conceptio sit potius Immaculata. Nam quando Clemens V. et Concil.
 Viennens. ut habetur in Clem. 7. de summa Trin. et fid. Cath. approbarunt opinionem quae statuit
 in Baptismo paruulis infundi a Deo cum gratia omnes virtutum habitus, quam sua opposita



ex tunc capit esse de fide, quod illa sit melior, ita nunc, ut melior tenenda est opinio S. Thomae in 9. sent. et Scoti de fide, quae sua opposita in 3. p. sed Pontifex Paulus V. et Gregorius addunt quod per hoc non intendunt reprobare opposita, nec prauiditum illi inferre, et dicit, quominus sit tenenda de fide illa melior. An facit, ut illa de fide sit ex parte melior, et haec de fide non sit damnata, quoniam adhuc non est factus generale decretum. Interim tamen prior opinio ex parte nostri regnat, et opposita tacetur et pia et scandalosa, etiam apud doctos, nedum apud quoslibet. At hoc nemini non perit quod B. August. lib. 1. contra Cresconium cap. ultimo ubi ait. Deest scriptura autem faciendum est, et tenendum, quod uniuersa Ecclesia & At nunc uniuersa Ecclesia celebrat in sensu doctrinae S. Thomae in 9. sent. et non in 3. p. ergo illa est tenenda quod etiam Thomas et Bern. nunc facerent ut probatum est.

Primam opinionem D. Thomae pro Sanctitate Conceptionis esse miraculis et reuelationibus Veris comprobata

Secundam vero contra Conceptionis Sanctitatem esse exclusam, et ipsam B. Virginem

Dignatam esse D. Thomae sibi Carissimi arg. respondere.

Cap. 18.

Quod prima S. Thomae sententia in super miraculis illustrata sit extant historiae plures aetates, et veteres. Nulla autem reuelatio nec miracula extant pro secunda. Porro miraculorum reuelatione ortum duxisse festum hoc d. Bern. ipse fatetur in epistola 175. sed dubitatur si fictitia vel phanaticorum, et tamen iudicio Ecclesiae se submittit in fine.

At S. Bonaventura allegat reuelationem hanc in 3. d. 3. pro festi huius institutione, et si vera est bonum est celebrare festum hoc. Reuelationem autem factam esse Heluino Aemulo regi de Danica reuelatione quo missus erat a Guilielmo Normanno primo Rege post Sanctum Edwardum historia Anglicana testatur, et ipse Anselmus qui prior erat eiusdem Abbatia in [redacted] ad Anglos Episcopos, deinde factus Episcopus Cantuariensis. Quomodo gefest [redacted] us in 4. d. 2. q. 4. art. 2. Item allegat Concilium Aemulense de hoc Marsilius etiam in 2. q. 20. et in 3. q. 4. addit alias reuelationes mirabiliter firmatas. Quapropter non leuis fuit coniectura Lugdunensis in festi institutione. Sed idcirco quando exulauit Lugduni expulsus a Guilielmo 2. Rege hanc eis tradidit doctrinam reuelationem quam Leuitatis arguit Bern. tanquam non satis uita pro nouo festo, in consuetudine Romana; sed quis tam crudelis et scelerosus fuisset, ut festum de suo capite fingeret tanquam imperatum? ille bonus Abbas non est deceptus, etsi est deceptus numquid passus fuisset de Ecclesia Romana, et in populo Dei tam altas radices ista sententia ageret? et atot sanctis reprobata, potuit ne ab Ecclesia Romana accipi nisi Deus ipse Veris inspirationibus miraculis et reuelationibus confirmasset? In officio quoque ab Ecclesia approbato, quod

nota
4 miracul

composuisse dicitur, fit mentio miraculorum et reuelationis. Bene ergo dubitauit Bern. ut deinde
serius claresceret veritas; nec Ecclesia videatur omni vento doctrina circumduci, cum ipsa sit columna
et firmamentum veritatis. Dicunt alij, scoto disputaturo pro conceptione B. virginis imaginem
qua Parisijs in regia Capella seruatur locuta esse, et profecto si vniuersitas Parisiensis quae
eo tempore damnarat hanc sententiam cum Bern. ut testatur Albertus, nunc iurat pro ea non leues
fuerunt reuelationes, nec miracula facta. Similiter iurant Academia Hispanou, miraculag pro du-
cunt multa, et scriptores Moderni creitant quamplurima.

At ego diu certans pro Thomistis Antiquioribus tandem S. Brigida reuelationibus victus acquiesco
quandoquidem euentus et Ecclesia ipsas comprobauit. Haec sane illustrissima et omnium gentiliu
gentilium, et Christianaru, Mater mea in Dño eius reuelationes approbauit Greg. XI. exami-
natas prius à quinque Cardinalibus, et duobus Episcopis et Magistro Sacri Palaty Dominicano
Item ab Urbano 6. examinata per quinque Cardinales, pluresq Episcopos et Doctores ut refert
Iurrecremata approbantur, et hic Joan. Iurrecremata Cardinalis fuit et Dominicanus, et
inter fuit examini, et deinde proprio scripto authentico eas approbauit solus ex mandato Papa
sicut patet in praambulis illaru reuelationu. Item Bonifacius 9. et Martinus V. eadem compro-
bauerunt suo diplomate. Item in Concilio Basil. sub Eugenio 4. ante schisma in esequentiu exa-
minatae sunt à Patribus, et à Iurrecremata, approbatag.

Haec Brigida in p. lib. Reuelationu cap. 9. à B. Virgine per reuelatione accepit resolutionem
argumenti D. Thomae et Bern. quod trahebatur ex dictis Augustini videlicet quod non potest
esse mundum quod concipitur ex seminibus carnalibus, quoniam non potest fieri seminatio sine con-
cupiscentia, ut dicebat August. in lib. de nupt. et concupis. ergo nec sine peccato ut dicebat
Dauid In peccatis concepit me mater mea psal. 50. sed respondet B. Virgo ad Brigida.
Ipse Deus coniugiu Patris mei et Matris meae tanta castitate coniunxit, ut tunc non inueniretur
castius coniugiu, et numquam conuenire vellent nisi iuxta legem solummodo, causa suscitandi prole
et cum sibi nunciatum esset ab Angelo quod Virgine parerent, unde salus mundi procederet
magis voluissent mori, quam carnali amore conuenire, et voluptas in eis mortua erat, tamen
pro certo tibi dico, quod ex charitate diuina, et ex verbo Angeli conueniunt carne non ex
concupiscentia aliqua voluptatis, sed contra voluntate sua ex diuina dilectione, et sic ex semine
eorum per diuinam charitatem caro mea compaginata est. Facto autem corpore meo Deus à sua
diuinitate anima creatam immisit corpori, et mox anima cum corpore sanctificata est quam
custodiebant Angeli die ac nocte.

Quapropter (inquas) si nulla concupiscentia rationi contraria affuit, ergo nulla culpa inferret August.
Et Thom. et Bern. qui ex hoc quod concupiscentia exorbitans affuit in tulere contrariu. Datur
in eodem textu Responso ad id quod Caietanus dixerat scilicet Non posse simul animam
contrahere culpa, et mundari. Namq caro ita purgata erat, ut ad suos affectus anima rationalem
trahere non posset, sed trahi ad illam, et ideo mox (inquit) id est illico ut infusa est anima
corpori affuit, et Sanctitas completiue uti prius Nos dicebamus.
Posset autem quispiam hoc calumniari responso ex eo quod dicit mox sanctificata est id est post Con-
ceptione, et quonia Bern. et Parisienses Doctores tempore Alberti Magni ut ipse refert in 3.
D. 3. damnarunt hanc opinionem quod B. Virgo ante animatione fuerit sanctificata in seminatione
qua est prima Conceptio. Quando nullus doctor dicit aliquem non tangere illud Dauid. In peccatis

concepit me mater mea, ut Bern. ait, excepto Christo, qui non ex semine, sed mystico spiritu
conciigitur. Ego autem plus vni Brigida testificanti, quam cunctis opinatoribus credendum
ne putes aliter intelligi hunc textum Lib. 1. cap. 9. audi et quomodo item hoc fundamentum
in Lib. 6. cap. 49. Vbi mater Dei loquitur. Si alicui volenti ieiunare precipiatur a
cui obediendum esset, quod propter obedientiam comederet, illa comestio maiori remuneratione
esset quam ieiunium. Per similem modum coniunctio parentum meorum fuit quando Ego concepta
veritas est quod Ego concepta fui sine peccato originali, et non in peccato & peccatum habet
p^a officij in princ. et serm. 4. lect. 1. apud eandem Brigida.
Quas obres h. Mox exponendum est illico, et de Sanctificatione completa, et vera, que fit
et corpus sanctificantur in vna persona coeuntes. At de incompleta, et preparatiua in
seminum et coitus purgatio et sanctificatio in ordine ad animationem, est enim semen et
tunc corpus tam capax gratie, quam culpe, et quia secundum D. Thom. est capax culpe mi-
lites, ut possit ipsa transfundere, est etiam capax purificationis, et non debeat transfundere
supra in cap. 16. declarauimus.

At ut magis appareat veritas huius reuelationis ac certitudo habemus Anselmi contestationem
de Concep. dicentis oportere coli non solum Conceptionem animationis, sed etiam seminum quod
8. die Decembris, quemadmodum nunc Ecclesia facit, quonia et in seminatione fuit Sanctitas
Brigida dicit plus meruisse in coitu Joachim et Annam, quam si abstinuissent, sicuti qui
obedientiam frangit ieiunium, et precipue respondet dicto Augustini et Bern. dicentium quod
sine peccato complexus maritalis fieri. Hinc dicto Anselmi fauet Kalendarium Ecclesie
quod conditum dicitur a S. Joann. Damasceno. Vbi in 9. die Decembris habet
id est ante animationem. Unde preterea idem Damascen. serm. 1. de natiuitate Virginis
o. beatorum Joachim et Annam e quibus immaculatum semen effluxit o. preclaram Annam
in qua tacitis incrementis formatus fuit sanctissimus fetus & ex quibus verbis
reuelatio S. Brigida, quod coitus ille fuerit beatus et sine peccato, et quod potest
semen, et esse immaculatum, quia scilicet nullam maculam animationi affert, ut dicit
S. Thomas instrumentali et materiali.

Hinc notandum contra Scotistas et Jesuitas qui allegant S. Brigida pro se, et tamen eum
nium vituperant. Aut enim tota reuelatio est vera, aut nulla eius pars, si ergo est
quod B. Virgo concepta est sine peccato, verum est etiam quod coitus ille, et prima
fuit sine peccato. Primum ipsi asserunt, hoc secundum negant, et tamen utriusque
a Brigida ex ore B. Virginis, ergo faciunt eam simul falsam et veracem. Mirum
modo Suarez et Bañez negant potuisse sanctificari ante animationem in
semine ratione promoti, sermone contra diuina reuelationes, quam pro se allegant
quia (aiunt) semen non est capax sanctificationis nec culpe, cuius contrarium
Thom. in 3. d. 3. q. 1. docet quod scilicet est capax culpe per modum instrumenti
tia, ne sit instrumentum culpe. Ad quid enim vocat Damascen. Joachim semen
tum? Taceant scio, quia veritas hac de Schola D. Thomae eruitur, et non de
coniecturis et falsis allegationibus theologarum Imperite, ergo etiam accusant
propter hoc quod semen Conceptionem ab initio sanctificat.

Ad aliud argumentum D. Thomae scilicet quod B. Virgo non fuisset redempta sanguine Christi, si ante animationem, vel in animatione fuisset sanctificata. Respondet reuelatio S. Brigide in lib. 9. cap. ultimo sic. Maria fuit vas mundum, et non mundum. Mundum, quia tota pulchra et tanta immunditia non inueniebatur in ea, ubi cuspis acus infigeretur. Sed non mundum fuit quia de radice Adae processit, et de peccatoribus nata est, licet sine peccato concepta et filius meus de ea sine peccato nasceretur. Ex quibus verbis constat eam redemptam fuisse, quatenus fuit vas non mundum in radice Adae secundum generale maledictionem. At mundum fuisse in Conceptione prima et secunda, et mundissimum partum conceptura, edituram Deum hominem. Quid clarius, aut quid rationabilius?

Ad illum argumentum S. Thomae quod in resp. ad 2. positum est in 3. p. q. 27. art. 2. ex hoc quod non celebratur vniuersaliter festum Conceptionis. Respondetur apud Brigidam in lect. 1. feria 5^{ta} in officio dictato ab Angelo circa fines dicente: Quapropter bene esset conueniens et dignum quod dies illa scilicet Conceptionis in magna reuerentia haberetur. Quia materia illa in Anna utero concepta, et collata fuit, ex quo benedictum corpus matris Dei formari debebat, quam ipse Deus, et omnes Angeli eius in tanta charitate peramabunt.

Ex hac reuelatione et precedenti non solum resoluitur argumentum de festo, sed etiam illud aliud D. Thomae quod prius legimus filij non debet matri assignari, quod erat concipi sine peccato. Nam quia concepta erat filium Deum (ait Angelus Brigida) debuit ipsa concipi sine peccato. Non ergo a qualitas, et derogatio in Christo, et a Christo sed participium honoris propter ipsum Christum, et a Christo. Unde magis honoratur Christus, quod consonat dictis Augustini qui propter honorem Domini non vult de peccato in Virgine, de peccato dubitare. Hic adde S. Anselmi rationem, quoniam si potuit Christus facere ne cadat mater in peccatum, utique voluit, alioquin posset purioresse, aut intelligi, quam fuit, cuius contrarium dicit Anselmus, et Patres, et Thomas. Ad quid enim si potuit facere ne cadat expectauit ut caderet, et pollueretur luto? inquit, et postea lauaretur. At inquit, non ne augustius fuit ita redimere illam, ut non egeat lauari; sed immaculatam praeseruari? Hoc supra probauimus ex dictis Thomae, et Augustini, et Bern. et nunc reuelatio docet Amorem Dei erga matrem, et maternitati erga filium conuenisse, ut praeseruatur.

Sed Caietanus adhuc murmurat in opusculo de Conceptione contra Brigidam, scilicet non esse credendum nouis reuelationibus contra Patres. Hoc verum est, inquit, de reuelationibus fictis et contrariis testimonio scripturarum Sanctarum et veracioribus reuelationibus, et cum sunt contra Patres testificantes, non autem si contra opinantes. At non de approbatis ab Ecclesia sicut istae sunt per Cardinales plurimos, et Pontifices quatuor, et Concilia, ut veris non contradicentibus scripturae, nec fictis. Quod autem non sint contra scripturas in hoc particulari de Conceptione Concil. Trid. docet in decreto ubi non intendit B. Virginem inuoluere peccato originali. At quidem intendisset, et inuoluisset, si scriptura Sacra, ita sonaret, imo Caiet. ipse par. 2. et in 3. par. docet non esse contra scripturam.

At cum ait Caiet. extare apud S. Antoninum contraria reuelatione S. Catharinae Senensis quae est maioris auctoritatis, quam Brigida, cum sit canonizata tempore pacis; Brigida vero

schismatis. Respondemus, non reperiri hanc revelationem in scriptis S. Catherinae, nec
S. Antonini, nec apud B. Raymundum eius Confessarium, qui eius dicta et facta scripsit, nec
alios eius discipulos qui multa de ipsa scripserunt, qui Dominici pro factis tam solis
pro Dominicanis revelationibus aureis litteris scripserunt in quolibet libello. Sed Caietanus
rumores sequutus ita scripsit, et verè Antoninus, et deceptus scripsit, sed non allegat scrip-
torem Catherinae, sed ita promulgabant Dominici vulgares ut possent respondere
bus S. Brigidae contra se: alij imperiti propter hoc damnant S. Catherinam in re quae
dixit. Potest quidem ipsa tenuisse cum suis Dominicanis eo tempore maculam concep-
tionis, haud tamen unquam affirmavit sibi hoc reuelatum esse, et sicut Ambrosius Catherinus
canus hanc reuelationem suspexitur additam fuisse post S. Catherinam obitum; Ego tam-
non inuenio in ea, nec in suis, nec in suorum discipulorum scriptis. Nam quod in orati-
one in fine ait. Tu scis Domine, quia ista est veritas. Ubi loquebatur de peccato
omnium, et B. Mariae simul, nihil ad rem facit. Potest enim ibi loqui de suo
quem à Dominicanis habuit, et non à Deo et bene satis fecisse putabat, quod ita
non tamen hoc quod ita sibi ita Deus reuelauit; potest enim hoc additum fuisse à
et à contraria opinionis defensoribus contra S. Brigidam quae tunc temporis etiam
acceperat, et haec est Catherini coniectura, et pro factis si talis reperiretur reuelati-
o ubi terrarum, multoque rumore à Dominicanis non ignavis impressa publicè.
Praeterea Honoricus de Asina, et Bartholomeus Sibilla contra hanc reuelati-
onem, utique hanc contradictionem posuissent, ille Certusianus, iste Dominicanus
quorum imperitiam et impietatem alibi scripsimus.

Quod autem ait Caietanus. Brigida parum esse credendum, quia Canonizata est tempore suo
sub Bonifacio 8. nihil refert, quoniam deinde canonizata est sub Martino
et comprobata. Canonizatio eius doctrinam à cunctis Pontificibus reuelationes eius de Ecclesia
ad eandem ex Avinione, et de malis quae successerunt, et de Regno Neapolitano, et de Genua
et de Graecis et concubibus suis completas esse videmus, et de noui orbis gentibus ad fidem
et alia plura, doctrinamque eius diuinam esse examinando agnouimus, et non est in verbis eius
sionis nota, sicut dixerunt presbyteri Ozias Cabri, et Charmi de verbis Judith quae verba
Iurrecremata, Dominicanus in scripto suo testimoniali de reuelationibus B. Brigidae
dendo, commendando, et approbando, quae verba non dixisset vir fortissimus, si reuelati-
one reprehensibiles iudicaret, cum ipse contra conceptionem opusculum grande scripsisset.
Praeterea hoc tempore quidam frater Dominicanus cum rogaret Deum pro discenda huius rei veritate
B. Dominici, et D. Thomae et alios filios S. Dominici qui praecipit S. Thomae ut res-
At S. Thomas in suggestum ascendens praedicauit de incontaminatione Conceptionis
Iste vir s^{us} viuit nolo plura addere, sed quod salus ex Dominicanis est, sunt et alia
nes, et miracula in testimonium Immaculationis; nullae autem contra, ut perspicuum
esse Thomistas qui lib. 1. Sent. Sequuntur, quamvis 3. p. doctrina, et gloria sit Thomae
quod non nisi B. Virgo sui carissimi Thomae argumenta contraria bene soluere potuit

322 284

Ad ^{num} Leu. Magistrum Generalem omnesq Theologos
Patres, et Fratres Dominicanos Thomistas
Peroratio.
Cap 19.



Carissimi Fratres, Patres, et Domini mei Satherre, et lux mundi ex iam dictis agnoscimus doctrina
D. Thomae qui est gloria nostra, et Ecclesiae Lumen positam in p^o sent. rationibus fulguri inuictis, et re-
uelationibus Sanctis ab Ecclesia confirmatis, et ab Ecclesia Romana, consuetudine decretali festo
Conceptionis aequae ac Natiuitatis eiusdem encomijs celebrantis, iussu Dominici Pontificis Summi Pij
V^{ti} et decretis Pontificis Sixti 4. Clem. 7. Innoc. 8. Julij 2. Leonis 11. Bonifa. 9. Urbani 6.
Martini V. et Concilio Constantiensis, et Basil, Trident., et nouis Constitutionibus Pauli V. et
Gregory XV. et Urbani 8. Quid ergo expectatis, ut sicut Pontifices Sancti reuerent vobis dis-
putare aut predicare, aut legere et scribere contra puritatem Conceptionis, nunc condemnent vos
tanquam errantes (nam tanquam haereticos non possunt nisi post condemnationes reniti ausi fueritis)
ex quo et Religioni macula, et D. Thomae iniuria inferretis inuidulis triumphandi apud
Vulgus de vobis occasione. Numquam enim Religio Dominicana in aliqua propositione con-
demnata fuit, sicut aliae multae, ut superius ostendimus; nunc autem si condemnatur erit ut communis
et immunda, et qua omnium extitit iudex hucusque per Sacrae Inquisitiones, et Magistrum sacrum
et per irrefragabilem Sancti Thomae doctrinam nunc quasi rea iudicabitur. D. autem Thomae inu-
nia fit; ipse enim dixit in libro concordantiarum suarum ut ea sectaremur opinionem quando plures
opposite deprehenduntur in scriptis suis quam consonantiorum Veritati et Sanctae Ecclesiae sensui
comperimus. Nunc autem Ecclesia et Veritas illam magis approbat opinionem quam in p.
sent. docuit; si ergo nunc contendamus eam esse D. Thomae opinionem quam in 3. par. sum.
m. scripsit, si haec condemnabitur, fatendum Nobis erit D. Thomae esse condemnatum, correctumq
quod tamen non est, cum ipse aliter sapiat de suo capite, ergo ipsi S. Thomae magna irrogatur
iniuria, quemadmodum si quis condemnaretur pro facto non commisso, et pro crimine alieno, ipse
enim non ex suis, sed ex alienis in 3. sent. et in 3. p. locutus est, ut suo in loco demonstrauimus
verum quidem Summi Pontifices allegati protestantur non esse intentionis eorum condemnare opinio-
nem in summa 3. p. scripta, et a principibus Thomistis defensam, quando priuilegijs, indulgentijsq
et officio sacro primam ex p. sent. magnificant et ornant tanquam profecto veritatem non enim
pro altera aliquid indulserunt nec os obstruere intendunt meliora loquentium, sed peiora vel minus
bona. At hoc pro illustrissima Religionis honore cauerunt Pontifices, quae si amplius contendet
non video in quo amplius mulctetur, nisi ut habeatur secunda opinio pro erronea, quam alij Ponti-
fices nec predicari, nec disputari, nec doceri scripta vel voce prohibuerunt, et licet scandalum
pusillorum pro causa allegemus, et Pontifices scandalum commune; non tamen hoc sufficiens erat
condemnare os loquentium contra Conceptionem, Nam ipse D. Thom. in 22. q. 43. art. 4. ex S.
Gregory Sententia probat scandalum dum predicatur Veritas non esse timendum neque eius ratione
habendam, sicut nec habuit Christus, quando de scandalizatis Pharisaeis dixit sinite eos quoniam
caeci sunt, et duces caecorum, sic diceret nunc Summus Pontifex Christi personam gerens. At cum contra-
rium dicat admonet Dominicanos, ut temperamentum assumant, videantq cum honore D. Thomae
ac religionis a periculo se subtrahere. Nullum autem remedium maius quam ostendere D. Thomae
ita ex propria Sententia scripsisse, sicut nunc Ecclesia magis docet. Hoc remedium Augustiniani
habuere. Nonne Augustinus testimonio Caiet. disertis verbis contra Conceptionem locutus est?

at et aliquando pro Conceptione communibus tamen verbis, ut fuit in lib. de nat. et gra-
eam a questione de peccatis. Nihilominus Augustiniani omnes tam heremitani, quam re-
plectuntur sententia pro Conceptionis puritate. Similiter Benedictini relictis prae-
Doctoribus pro Conceptione certant. Cistercienses relictis Bernardo se ad Pontificum decreta
putant se Bern. adhaerere, quia in libris minus authenticis id est in ser. 4. super Iac.
et in 13. de cena Domini Bernardus pro puritate originali testificatur. Omitto Franci-
olim relictis doctissimis Patribus sua Religionis, videlicet Alex. Richardo et S.
Bernardino, et Antonio, et Scoti hesitatione, absq. hesitatione pro Conceptionis intemer-
gnant, se seq. faciunt ante Signanos, cum vix in tertia acie connumerari debuissent.
quoque vniuersales Gallorum, et Hispanorum pro Conceptione coniurant contra proprios gra-
quos fatetur Albertus hanc opinionem damnasse, et Magister sent. in 3. caput non m. d.
Lutetionum, sed etiam omnium Scholasticorum dixerat hanc opinionem, quia Sanctis repu-
tendam. Seculares Theologi et Clerici et Laici, idem vno ore pro Conceptione, quamuis
quid loquantur confirmant. Da et tu votum tuum pro te, o Sapientissima Dominicanorum
contra te datum. mox indigneris ab te.

At dicis ego sum Religio Illustrissima, doctissima nescia vinci, nescia cedere, et qui a do-
cisciderunt suspecti sunt, summorum Pontificum testimonio, et ad quem doctorum aliquando
Bene scripsisti de me Thomas, sicut Thomas.

Bene quidem; sed nunc non cedis, quia non contra te, nec contra D. Thomam, imo pro te, et
sed contra aliquos non bene zelantes Thomistas pugnabis pro te, et pro D. Thomam, et
bis Thomistis; neque enim in hac una opinione est discordia inter Thomistas, ut probe
hoc te hortatur tot Constitutionibus Ecclesia Sancta.

Ad hoc te D. Thomas et hortatur, et rogat, et supplicat. Audi quid in opus. 72. dicit in
postquam enim dixisset se putare non habere errorem in scriptis suis contra veritatem
sed in intelligentia et in his quae non sunt de fide, quoniam ipse multa concordat, et
De cetero supplicantes ut si quid aliquis non concordatum, si ei non sit magna causa
ex qua sumenda est secundum Hilarius causa dictorum discreta et magis exercitatum
inuentum non fuerit, quod simul utrumq. stare possit, id illorum eligat, quod magis veri-
iudicauerit; Alterum vero reuocaremus, si talis nobis discordia occurreret & Cetera
verba S. Thomae rogantis ut eligeremus quod magis consonum est veritati, et
quod ipse reuocaret minus consonum. At Ecclesia nunc opinionem per se tenet. docet esse
consonam veritati, ac pietati, positam vero aliam in 3. p. vetat predicari et dispu-
minus consona veritati et pietati; potius autem occasionem scandali, non quidem
ut dicebat olim Caiet; sed etiam actiui; omnes enim nunc intelligunt questionis in-
solutiones iam datae ab Ecclesia, et a S. Brigida. Poterat quidem secunda opinio
quando praei Scholastici cum D. Bern. putauerunt non posse fieri, ut Christus esse
omnium, et mater eius redempta cum omnibus si non contraxit culpam cum omnibus.
semine concipi humano sine peccato quempia, sed ex mystico spiramine, ut in Job.
habebant testimonium nondum bene explicatum, et iniuriam fieri Christo ex aequo
arbitrabantur, et quia Ecclesia Romana hoc festum ignorabat, et Patres ut patet ex
et ex Alexandra et Richardo, et Alberto, et Bonaventura, et Mag. et alijs in 3. d.


Nota.

Doctoribus damnatum erat teste Alberto. qua opinio ista est dura D. Thomae in p. et contraria probat
 sed deinde sicuti erat tam humilis, quam doctus ne tot doctoribus et Ecclesiae consuetudini et Bern.
 obiurgant Lugdunenses, contradicere videtur, item in 3. et in p. 3. contra Conceptionem committit
 argumentis inuehitur, sperans forsitan in illius Libri revisione aliud dicere, vel firmare quod non
 potuit morte praeventus. At nunc quando Concil. Trid. determinat non esse errorem opinionem
 de Immaculata Conceptione, sed piam et consonam veritati, ac per consequens potuisse concipi sine
 peccato, et Christum simul esse illius Redemptorem speciali modo, velut et Angelorum, nec omne
 natum ex semine necessario esse impurum, clarum est quod prior d. Thomae sententia vicit
 posteriore, et illa Thomistis amplexanda est. Quid adhuc ergo pugnatis pro Caietano, et pro
 Surrecremata, et Capreolo, et non potius pro D. Thomae. Ecce ipsemet Caieta. cessit, et vos
 pugnatis pro eo. Nonne in p. 2. q. 81. art. 3. protulit non esse errorem nec aliquid malum
 opinari Conceptionem Virginis sine peccato, at hoc esse eius redemptionem. Item in 3. p. q. 27.
 art. 2. cedendo ait. Si autem tenetur B. Virginem non ex vi Conceptionis, sed ex gratia singula-
 rissima in ipso instanti in fusionis animae, in fusa illi animae, praeservatam a peccato originali
 quod tamen incurrisset, nisi illa gratia affuisset, nihil contra fidem teneret, sed specialis modus
 redimendi ac saluandi a peccato originali, Christo attribuitur respectu suae matris. Bene Caietan.
 vos admonet, non modo non esse errorem, sed exprimi specialem Christi gratiam erga matrem
 in opinione illa qua tantopere formidatis, et sic esse purissimam sub Christo, quoniam ex gra-
 tia, non ex vi Conceptionis sicut Christus ex peccato eximitur, in quod erat casura. An vos retinet
 Surrecrematensis? Iste est ille qui bis et ter revelationes S. Brigida examinavit, et approbavit
 et dixit de ea, quod Ozias Sacerdos et presbyteri Chabri, et Charmi de Judith eos etiam obiurgante
 Omnia qua locuta es, vera sunt, et non est in sermonibus tuis ulla reprehensio. Hoc est
 thema approbationis, revelationum B. Brigida apud Surrecrem. et insuper addit de fensionium
 cum examine theologico de veritate ipsarum, hi ergo omnia qua dixit sunt vera, neque ulla
 reprehensio in eius sermonibus, ergo iuxta Surrecrem. vera est revelatio et sententia de Con-
 ceptione Virginis, sine peccato. Quid querimus ultra? pugnare pro Thoma sine Thoma, aut
 pro Thomistis sine Thomistis? Caietan. Coriphaeus annuit ut sileatis, solum murmurat ob dicta
 Sanctorum aliquantis per, quibus Sanctos et revelationes, et decreta Pontificum opposuimus, et opina-
 toribus tustificatores. Robertus Holchot Dnicanus etiam Lect. 26. in sap. 13. confitetur Concep-
 tionem Virginis sine peccato, et Jo. Viguierius subscribit. Quidam Magister Dominicanus dis-
 cipulus per humilitate vocatus super psal. 29. dicit purificatum fuisse semen antequam B.
 Virginis anima infunderetur Ambros. Catherin. Magnus Thomista hanc amplectitur doctrinam
 contrariam confutat, nec vacillat ut Caietan. Durandus Dominicanus docuit quomodo sit confutan-
 da. Academia Galliarum olim renitens, imo et fratres Dominicani Galli nunc iurant pro Conceptione
 Hispania cum suis Academijs acriter pugnat, iamq. siculi ex miraculo Conceptionis contra pestem
 pro ipsa iurant S. Thom. noster affirmat quod ipsemet sententiam minus consonam veritati reuo-
 caret. Reuocemus ergo oppositam, ac propulemus sententiam D. Thomae veram magis et piam magis
 ex Ecclesiae iudicio esse nostram. Relinquamus quam S. Thom. ut minus vera, minusq. pia
 non vult sustineri ut nostra. Quid Telamini pro eo, arripite Telum verum, boni exitus, et non
 praecipitantis Auctore. Ipse vobis ait, sicut Moses ad Josue Telante prose, cum alij seniores
 pariter, ac Moyses prophetarent. Quid Telamini prome? quis det ut uniuersus populus
 prophetet, et det illi Dominus spiritum suum? siue ergo Catherinus, siue Scotus, siue quiuus alius
 siue totus populus prophetet, uti hoc tempore facit pro Thoma nostro Mose, prophetat
 Adtulit enim Dominus de Spiritu Thomae in p. sent. et dedit




188
prophetarent, et predicarent, et vniuersus populus speciem habet prophetia, ut dixit Simo
ad Simonem Magum. Nos ergo eiusdem spiritu repleti consentiamus toti populo et
Sanctorum, et exeat ex nostra religione dogmatis confirmatio, quando iam mundus
Ecclesia Semithoma, Semidictis de ferendo noluit ad huc nostram Semithomianam
sententiam. Santa est virtus et reuerentia nostrorum in Ecclesia Dei bene cognita a
sicut semper vicimus, attendamus Mundo et nunc quod in hoc sicut in cunctis
est victrix, et quod aliquorum ex nostris honores hactenus Ecclesiam in determinatione
cum in assertionem suspensum reliquit, Maximamque ex hoc consequamur gloriam, et
Dominicani Dominicanos vincere possunt, et quoniam salus Verbi ex Dominicanis.

Finis.



324

[Faint, illegible handwriting at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.]



[Faint, illegible text]

[Faint, illegible text]

[Faint, illegible text]

[Faint, illegible text]

[Faint, illegible text]

[Faint, illegible text]